HALII
ABEN:
RAG.

Hic Liber est magnus quo non praestantior alter
Dementare Vires et Caeli fallere vultu-

Haly de iuditijs

Preclarissimus in Juditijs Astrorum Albo hazen Haly filius Abenragel No uiter Impressus ⁊ fideliter emendatus ⁊c.



ℭ Preclarissimus Liber cōpletus in iudicijs astrorum: quē edidit albohazen Haly filius Abenragel ꝗ̄ felicissime icipit: ⁊ p̄mo Prohemium in ipsum Librum.



Jc est Liber magnꝰ ⁊ cōpletꝰ quē Haly Abenragel filiꝰ summus Astrologus cōposuit de iudicijs astroꝝ: quē ybuda filiꝰ musce p̄cepto dn̄i Alfonsi romanorū ⁊ Castelle d̄i gr̄a Regis illustris trāstulit d̄ arabico in mrnū videlȝ Hyspanicum idioma. Et quē Egidius d̄ Tebaldis parmēsis aule impialis notarius vna cū Petro de Regio ipsiꝰ aule ꝓthonotario trāstulit in latinū. Diui. sit .n. Liber iste .in.8. partes. quaꝝ capitula patebunt.

ℭ Prohemium interpretum.

Jxit Haly filius Abenragel: gr̄as vni Deo victorioso honorato potēti creatori noctis ⁊ diei detectori occultoꝝ sciaꝝ ⁊ puritatū ipsi qui creauit: equauit: indicauit: dixerit: interfecit: viuificauit: dn̄o libertatis: mercedis: honoris: ⁊ regni: q est p̄mus sine principio cognito ⁊ postremus sine fine terminato creauit celos circunferentiales ⁊ stellas mouētes ⁊ celū cooperiēs ⁊ terrā sufferētē. Et est ille cuiꝰ oēs res q̄s visus attigit ⁊ recipiūt cogitatꝰ ⁊ sensus in oībꝰ signalibꝰ ⁊ signationibꝰ demōstant dn̄ium ⁊ virtutē suā: cuiꝰ saluatiōes sint sup eos qui fideliter eum credunt.

ℭ Prohemium auctoris.

Ste est Liber in quo multos sensus adiūxi de scia stellaꝝ ⁊ mirabiliū suoꝝ secretoꝝ: ⁊ collegi de multis libris sapientū huius scie: ⁊ addidi ei id q̄d ego existimaui tā p intellectū q̄ȝ p opinionē meā: ⁊ q̄d p experiētiā inueni: qm̄ hec scia stellaꝝ est grādis ⁊ alta multū cū nō possit amplecti: nec ille q sapiēs est in ea pōt ipsam totā explanare nec diuidere p̄ oīas suas: q: est scia partiū sepantiū ⁊ iudiciorū diuersoꝝ ⁊ secretoꝝ celatoꝝ: tn̄ sapiēs ⁊ intelligēs subtilis ⁊ acutus extrahit eā a se p intellectū ⁊ subtilitatē suā ⁊ acuitatē sue nāe. Et nasciēs q trāsit p eā oppressus cespitat in ea ⁊ pdit ipsam nescietate ⁊ oppressura eius. ℭ Et hūc librū adiunctatū ⁊ cōpletū posui q recipit oēs maneries huiꝰ scie a p̄ncipio suaꝝ radicū vsq̄ȝ ad cōplemētū oium partitionū suaꝝ. ℭ Incepi .n. p̄mo loq de signis ⁊ suis naturis. Et de planetis ⁊ suis qualitatibꝰ. Et de rebꝰ q̄ excusari nō p̄nt quin preponant̄ anteq̄ȝ loquamur in iudicijs. Deinde locutus fui in q̄ōnibꝰ ⁊ hec posui in tribus ptibꝰ. Postea locutus fui de natiuitatibus ⁊ posui ea in duabus partibus. Postea locutus fui in reuolutionibus annorū nati ponendo ea in vna parte. Postea locutus fui de reuolutionibus annoꝝ mundi ponendo ea in vna parte: ⁊ perfecte fuerunt partes Libri octo partium.

ℭ Libri completi in iudicijs stellarum prima pars incipit que tenet sexaginta capitula. ℭ Capl'm primū de signis.


Uodecim sunt signa in celo filia membris corpis quoꝝ naturis elemēta q̄ttuor gubernātur: que sunt radices corpoꝝ ⁊ sunt in eis retēta ⁊ pp existentiā planetaꝝ in signis ⁊ itroitū eoꝝ in illa ⁊ exitū de ipsis fiunt diuersitates temporꝝ ⁊ aeris ⁊ augmentū caloris ⁊ frigoris quolibet anno. Principium enim signoꝝ est Aries postea Taurꝰ: Gemini: Cācer: Leo: Uirgo: Libra: Scorpio: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Pisces. Hoꝝ signoꝝ sex sunt septētrionalia. s. a capite Arietis vsq̄ȝ ad finē Uirginis: ⁊ sex meridionalia. s. a capite Libre vsq̄ȝ ad finē Pisciū. Et linea q̄ trāsit p caput Arietis ⁊ caput Libre est circulus directꝰ in quo equātur nox ⁊ dies ⁊ dirigunt̄. Et qn̄ vnū hoꝝ signoꝝ ascēdit i vna pte ponit se suū oppositū in alia de oriēte ad occidēs: ⁊ pp hāc diuersitatē fit lōgitudo ⁊ breuitas diei ⁊ augmētū ⁊ diminutio i suis horis ⁊ ascēsionibus. ℭ Hoꝝ signoꝝ aliq̄ sunt ignea: terrea: aerea: ⁊ aquatica. ℭ Ex his alia sunt iforma hoium: ⁊ alia in forma bestinguloꝝ: ⁊ alia in forma bestiarū: ⁊ alia in forma reptiliū. ℭ Eoꝝ alia sunt muta: alia rōnabilia alia gn̄atiua: alia sterilia: alia integra: alia fracta alia masculina: alia feminina: alia fortunata: alia ifortunata: alia amara: alia salsa: alia dulcia: alia acria. Alia crescētia i ascēsionibꝰ: alia d̄crescētia. Alia oriētalia: alia occidētalia. Alia meridionalia: alia septēptrionalia. Aries Leo ⁊ Sagittariꝰ sunt ignea. Taurꝰ Uirgo ⁊ Capricornus terrea Gemini Libra ⁊ Aquariꝰ aerea. Cācer Scorpio ⁊ Pisces aquatica. Eoꝝ masculia sunt ignea ⁊ aerea. Feīa vero terrea ⁊ aq̄tica. ℭ Masculina eoꝝ sunt fortune: feīa ifortune. Que sunt i forma hūana sunt Gemini: Libra: Aquarius: ⁊ Uirgo. In forma bestiaꝝ Aries: Taurꝰ: Capricornꝰ: ⁊ Sagittariꝰ. In forma bestingloꝝ: Leo. In forma reptiliū Cācer: Scorpio: ⁊ Pisces. Signa rupta sūt: Aries: Leo ⁊ Pisces. Alia vero sunt itegra. Signa rōnabilia sunt Libra: Aquariꝰ: Gemini: ⁊ Uirgo. ℭ Habētia vocē: Aries: Leo: Taurus: Capricornus: ⁊ Sagittariꝰ. Muta: Cācer: Scorpio ⁊ Pisces. ℭ Signa multoꝝ filioꝝ: Pisces: Cācer ⁊ Scorpio. Paucoꝝ filioꝝ Aries Taurus Sagittariꝰ: Capricornꝰ ⁊ Libra. Sterilia: Leo ⁊ Gemini. ℭ Dixit Ptolomeꝰ q̄ signa paucoꝝ filioꝝ sunt Aries Taurus Libra Sagittariꝰ Capricornꝰ ⁊ Aquariꝰ. Multoꝝ filioꝝ Cācer Scorpio ⁊ Pisces Sterilia Gemini Leo Uirgo. Signa multi vsus cū muliere sunt Aries Leo Capricornꝰ ⁊ Pisces. ℭ Oriētalia Aries Leo ⁊ Sagittarius. Occidentalia Gemini Libra ⁊ Aquariꝰ. Meridionalia Taurus Uirgo ⁊ Capricornus. Septētrionalia Cācer Scorpio ⁊ Pisces. ℭ Acria Taurus Capricornus ⁊ Uirgo. Amara Aries. Leo ⁊ Sagittariꝰ. Dulcia Gemini Libra ⁊ Aquariꝰ Salsa Cācer Scorpio ⁊ Pisces. ℭ Debilia Aries Sagittariꝰ ⁊ Capricornꝰ. Fortia Leo Scorpio ⁊ Aquarius. ℭ Directa a principio cācri vsq̄ȝ ad finē sagittarij Tortuosa a p̄ncipio capricorni vsq̄ȝ ad finem geminoꝝ. ℭ Hoꝝ signoꝝ nāe mutant̄: pp motus eoꝝ in circūferētia: q: eorū calidū efficit̄ frigidū: ⁊ frigidū calidū: ⁊ humidū siccum: ⁊ siccū humidū: ita q̄ Taurus in oriēte est tepidus: ⁊ in occidēte frigidus: Gemini ē calidus ⁊ siccus in oriēte ⁊ in occidēte frigidus ⁊ humidus. Cācer est in oriēte calidus ⁊ siccus: ⁊ in occidēte frigidus ⁊ humidꝰ. Leo ē in oriēte calidus ⁊ siccus: ⁊ i occidēte frigidus ⁊ humidus. Uirgo in oriēte calidus tepidus: ⁊ in occidēte frigidus ⁊ humidꝰ. Sagittarius in oriēte frigidus ⁊ humidus: ⁊ in occidēte calidus ⁊ siccus Capricornus in oriente frigidus ⁊ siccꝰ: ⁊ in occidente frigidus ⁊ humidus. Aquarius ⁊ Pisces ambo sunt in oriente: ⁊ occidente frigidi ⁊ humidi.

ℭ Capitulum secundum in terminis.

Ermini sunt partes signorum: ⁊ sunt quinq̄ȝ termini in quolibet signo: ⁊ eorum quattuor sunt conuenientes quattuor qualitatibus que sunt caliditas ⁊ siccitas: frigiditas ⁊ siccitas: caliditas ⁊ humiditas: frigiditas ⁊ humiditas: Et natura quinta est commixta ex quattuor naturis s̄m commixtionem complexionis Mercurij qui est vna vice siccus: alia calidus: alia frigidus: alia humidus. ℭ Quando in quemlibet horum terminorum intrat ali/

gs planetaꝝ fortificat se si fuerit ꝯueniēs nāe ac forme sue ⁊ debilitatur ac peiorat̄ si fuerit diuersus a nā ⁊ forma sua. Ita ꝙ si terminꝰ fuerit frigidus ⁊ siccus: ⁊ planeta silr frigidus ⁊ siccus crescit in frigiditate ⁊ siccitate sua. Et si fuerit calidus ⁊ siccus ascēdit in caliditate ⁊ siccitate sua. Et si fuerit frigidus ⁊ humidus crescit in frigiditate ⁊ humiditate. ¶ Terminus q est calidus ⁊ siccus mutat planetā q est frigidus ⁊ humidus ꝑꝑ calorē ⁊ siccitatē suā. Et terminus q est frigidus ⁊ humidus mutat planetā q est calidꝰ ⁊ siccus ꝑꝑ frigiditatē ⁊ humiditatē suaȝ. ¶ Si terminus fuerit de terminis fortunatis ⁊ intrat in eū planeta fortunat crescit tūc in bonitate ⁊ ꝓficuo ⁊ fortuna sua. Et si fuerit terminus īfortunatꝰ ⁊ intrat in eum planeta infortunat: crescit in malo: ⁊ infortunio ⁊ dāno suo: ⁊ maxie si fuerit in signo ꝯueniēti planete in nā ⁊ qualitatibꝰ suis. Exēplū in hoc: vt si Mars fuerit in signo igneo ⁊ termino: vel Saturnꝰ in signo terreo ⁊ termino terreo. ¶ Et ſm hoc indiciū mutant̄ colores. Cū .n. color termini ꝯueniēs fuerit colori signi fortificat̄ magis ille color ⁊ crescit grossedo illiꝰ tincture. Exēplū ꝙ sit terminꝰ Martis in Ariete vel Leone aut Sagittario tūc eniȝ crescit ⁊ fortificat̄ sua rubedo. Et si terminus fuerit saturni in Libra scorpione vel capricorno crescit ⁊ fortificatur nigredo ⁊ obscuritas sua. Et si fuerit in signis diuersis diuersificat̄ ⁊ minuit̄ ille color a statu in quo erat: ⁊ debilitat̄ ac minuit̄ rubedo ⁊ nigredo silr attenuat̄ ⁊ fit rubedo debilioris coloris: hoc est minoris rubedinis: mutat̄ silr niger ⁊ trahit̄ ad viride ſm ꝯmixtionē coloris termini cū colore signi. ¶ Dñs termini qñ fuerit in suo termino hȝ maiꝰ posse in illo signo q̄ȝ dñs domus vel dñs exaltationis existes in locis peregrinis. ¶ Si fuerit dñs termini in suo termino ⁊ dñs signi in alio signo ꝓijciendo sup ipm radios suos: dñs termini hēbit maius posse in illo signo q̄ȝ dñs signi ⁊ sua erit significatio. ¶ Si fuerit dñs termini in suo termino ⁊ sua domo tūc fortificatur significatio sua ⁊ extēdit̄ factum ⁊ datum suū. ¶ Et cuiuscūis planete intrātis quoduis signorum dānantium ipsuȝ qñ fuerit in suomet termino: ab illo signo minuitur dānuȝ ⁊ fortificat̄ pro retrahendo a se dānum. ¶ Si planeta intrat aliqđ signoꝝ fortunantiū ipsuȝ ⁊ fuerit in suomet termino cōplet tūc fortuna sua ⁊ vificat̄ factū suū: ⁊ fortificat̄ in oibus significationibus ⁊ factis suis cū auxilio dei.

¶ Capitulum tertium in faciebus.



Scias ꝙ in quolibet signo sunt tres facies: ⁊ in qualibet facie sunt ea q̄ dixerūt sapiētes de formis figuris ⁊ similitudibus. Et he fortes sunt ꝑ planetas diuise ſm suā ordinationē in celis. Et qñ ꝑuenit partitio ad planetā iferiorem de subter reuertit̄ ⁊ incipit ab alto desup. Et he facies habēt nās ⁊ figuras ꝯueniētes naturis ⁊ figuris dñoꝝ suoꝝ. Et silr ꝯueniūt cū illis in significationibꝰ ꝓprietatibꝰ ⁊ factis suis. ¶ Prima facies Arietis est Martis: ⁊ ē facies audacie: fortitudinis: altitudinis ⁊ inuerecūdie: ⁊ est cōpleta ⁊ firmata in ꝓꝑetatibꝰ ⁊ virtutibꝰ suis. ¶ Scđa facies Arietis est solis ⁊ ē nobilitatis altitudinis regni ⁊ magni dñij. ¶ Tertia est Ueneris ⁊ est feminea subtilitatis iuope: ⁊ māsuetudinis: ludoꝝ: gaudioꝝ ⁊ limpidationū. ¶ Prima facies Tauri est Mercurij ⁊ est cōpleta in sua nā: ⁊ est facies arandi ⁊ seminādi edificādi populādi documentoꝝ ⁊ sapie in terris diuidendis ⁊ in geometria. ¶ Scđa facies est lune ⁊ est potētie nobilitatis dignitatis ⁊ depopulandi villas ⁊ necessitatis sup ꝑpl'os. ¶ Tertia facies est saturni ⁊ est miserie seruitutis feritatis necessitatis ⁊ vilitatis. ¶ Prima facies geminoꝝ ē Jouis cōpleta in sua nā: ⁊ est scribanie: numeri: dandi: ⁊ accipiēdi: petitionū ⁊ sapiaꝝ: in qbus non erit vtilitas. ¶ Scđa facies est Martis: ⁊ est pressure laboris ⁊ inquirendi res cum labore ⁊ agilitatis de honeste. ¶ Tertia facies est solis ⁊ est obliuionis: dedignationū: iocandi: trufandi ⁊ audēdi. ¶ Prima facies cācri est Ueneris ⁊ ē cōpleta in sua nā: ⁊ est gaiardie: sensus: ⁊ eoꝝ qui ab hoibꝰ faciūt se amari: subtilitatis ⁊ cōmunitatis. ¶ Scđa facies est Mercurij ⁊ est iocularionis hilaritatis mulierū diuitiarū ⁊ vbertatū. ¶ Tertia facies est lune: ⁊ est venationis: isequēdi fugiētes: habēdi res ꝑ arma ⁊ rixas: ⁊ ꝯtriādi hoibus. ¶ Prima facies Leonis est saturni: ⁊ est cōplete forme ⁊ est crudelitatis maleficioꝝ ⁊ violētiaꝝ sustinēdi labores: audacie ac libidinis. ¶ Scđa facies est Iouis: ⁊ est rixaꝝ nesciētiū ⁊ necessitatis miserorū: victorie viliū ꝑnescios: occasionū trahendi enses ⁊ prelioꝝ. ¶ Tertia facies est Martis ⁊ est amoris societatis nō cedēdi ⁊ dimittēdi de suo pro rixis vitādis. ¶ Prima facies virginis est solis ⁊ est seminādi ⁊ arādi herbaꝝ populationū: ꝯgregādi diuitias: ⁊ dirigēdi victū suū. ¶ Secūda facies est veneris ⁊ est lucrationū ingrēdi subanucō gregādi auare ⁊ auarus fieri ⁊ surgēdi cū viribus hoiuȝ. Tertia facies est Mercurij ⁊ est senectutis: debilitatis pigritie ⁊ dānamēti mēbroꝝ ꝑꝑ ifirmitatē: euelliēdi arbores ⁊ ꝑpl'ationes depopulādi. ¶ Prima facies libre est lune: ⁊ est iusticie iuris ⁊ vītatis retrahendi fortes malos a debilibus: adiuuandi miseros ⁊ paupes: ⁊ est facies cōplete figure ⁊ nāe. ¶ Scđa facies est Saturni: ⁊ ē quietudinis vbertatis ⁊ bone vite quiete ⁊ secure. ¶ Tertia facies est Jouis: ⁊ est gulositatis sodomitatis cantationū hilaritatis: ⁊ sequēdi malos sapores. ¶ Prima facies Scorpionis est Martis: ⁊ est cōpleta in figura ⁊ nā: ⁊ est rixaꝝ: tristitiarū: deceptionū: detractionū. perditionū ⁊ insidiaruȝ. ¶ Secūda facies est solis ⁊ est affrontationū detectionū: ponēdi malū ⁊ rixas inter hoies: ⁊ retinēdi rixas quas incipiunt. ¶ Tertia facies est veneris: ⁊ ē belloꝝ ⁊ ebrietatis ac violētiarū. fornicationū cū ira ⁊ superatione. ¶ Prima facies sagittarij est Mercurij: ⁊ est audacie libertatis: ⁊ militie. ¶ Secūda facies est lune: ⁊ est timoris: ploratꝰ ⁊ dolorū: ⁊ timēdi sꝑ de suo corpore. ¶ Tertia facies est saturni ⁊ est sequēdi volūtates suas ⁊ nō remouēdi se ab illis: cōtrariādi: cedēdi: agilitatis in malo rixis ⁊ rebus abhorribilibꝰ. ¶ Prima facies capricorni est Jouis ⁊ est cōpleta in figura ⁊ nā: ⁊ est spaciādi: gaudēdi: lucrādi: ac perdēdi cū debilitate ac vilitate. ¶ Scđa facies est Martis: ⁊ est petēdi res q̄ sciri nō possunt: ⁊ postulādi q̄ ꝑuenire nō possunt ad finē. ¶ Tertia facies est solis: ⁊ est cupiditatis gubernādi subam: nō sufficiēdi sibiipsi ⁊ suspicādi. ¶ Prima facies Aquarij est Ueneris: ⁊ est anxiādi sꝑ ꝓ lucro: ⁊ nūq̄ȝ quiescēdi laboꝝ: minutionū: ac defectꝰ: paupertatis ⁊ vilitatis. ¶ Scđa facies est Mercurij: ⁊ est formositatis intellectus māsuetudinis cū modestia ⁊ nō irascēdi: bonorū morū: cōplemēti sue figure ⁊ libertatis. ¶ Tertia facies est lune: ⁊ est detectionū ⁊ affrontationū. ¶ Prima facies Pisciū est saturni cōplete figure ⁊ nāe: ⁊ est nō anxiandi in suis factis: cogitationū multaꝝ: itinerū mutādi: se d̄ vno loco ad aliū: ingrēdi subaȝ ⁊ victū. ¶ Scđa facies est Jouis: ⁊ est appretiādi se multū: volūtatis alte: petēdi ac itromittēdi se de rebus magnis ⁊ altis. ¶ Tertia facies piscīuȝ est Martis: ⁊ est fornicationis ⁊ amplexionis: magne delectationis cū mulieribꝰ. ⁊ diligēdi qetes. ¶ Scito ꝙ in isto capl'o est magnū secretū qđ nescit nec itelligit nisi multū sapiēs q res multū expertus est: ⁊ q hȝ intellectū ⁊ subtilitatē in extrahendo ꝑ se res clausas ⁊ ꝓfundas. Qr planeta frangit planetā: terminus frāgit faciē: facies frangit domū: ⁊ nāe intrant vna videlȝ sup aliā: sicut aqua q̄ ignis calorē extiguit: ⁊ ignis remouet frigiditatē aq̄: ⁊ aqua que facit humidā siccitatē terre: ⁊ terra q̄ deficcat humiditatē aque: qr nāe qñ se ꝯiungūt et se vincunt: earū fortior vicit: et qñ equant se et pōderant̄: temperant̄ et equant̄ in potētijs et opibꝰ suis. ¶ Et sol fortificatur per nām Martis et Mars ꝑ nām solis. ¶ Magna durabilitas in natura est

dānamentū ⁊ defectus suo cōplemēto: q: in cōplemēto salutis est īfirmitas ⁊ in cōplemēto fructꝰ colligit: ⁊ illud cōplemētū est ꝑ suo dāno. Et corpus magnū diruit paruū ⁊ debile: ꝓꝑ ꝑoderositatē ⁊ fortitudinē suā: ⁊ paruum ipedit magnū ꝓꝑ subtilitatē ⁊ acuitatē ipsius: sicut magnus coluber q̄ iterficit formicā ꝓꝑ suā fortitudinē. Parue vero formice q̄n se ꝯgregant ꝓꝑ subtilitates ⁊ acuitates eaꝝ colubrē occidūt. ¶ Saturnꝰ in domibꝰ Martis est multorum verboꝝ ꝓꝑ linguā: dicit qđ nō facit: ⁊ intromittit se in rebꝰ q̄ cōpleri nō possunt: timorosus ⁊ debilis de sui nā: ostēdit audaciā ⁊ fortitudinē. Si venit debilis insequit̄ eū: ⁊ vincit saturnus debilē: ⁊ si venit fortis est victus ab eo. ¶ In domo solis rex vilis ⁊ altitudo mala: sua fama maior q̄ȝ suuȝ posse. Rex exaltat eū ⁊ eiꝰ vilitas de sui nā deꝑmit ipȝ. ¶ In domibꝰ Iouis ostēdit se custodē legis ⁊ in suis secretis nō custodit eā: ⁊ ostēdit ꝙ mala fama legē defendat: illōd qđ est apparēs de eo est melius q̄ȝ abscōditū: trahit ad heresim ꝓꝑ velamē suū. ¶ In domibus veneris ostēdit limpiditates: ⁊ feditas ⁊ turpitudo sūt de sui nā: limpidat se nec bene apparet in eo: abhorret suas mulieres ⁊ suos filios. Silitudo bestie nescie: totꝰ cogitatꝰ eiꝰ ē ad reficiēdū vētrē suū ⁊ eiꝰ i luxuria volūtatē. ¶ In domibꝰ Mercurij ē ꝓditor ⁊ deceptor sapiēs de malis moribꝰ ⁊ de sciētijs dānātibꝰ. Ostēdit hoībꝰ ꝙ est nigromāticꝰ ⁊ ꝙ opat̄ d̄ nigromātia. ¶ In domibus lune ē piger fessus meschinus ⁊ pauꝑ. ¶ In suismet domibus facit per sui nām seminari riuos ⁊ puteos fodi ⁊ edificari: ⁊ est sp̄ laborator q̄ nō dat sibi quietē. ¶ Secūdū hāc rōnē huius cōmixtionis cōmiscent̄ nāe fortunate cū naturis infortunatis. Et hoc maxime ꝓprie oportunū est i natiuitatibꝰ: q: dī in libro de alfore. ¶ Q̄n fuerit sol in p̄ria facie Arietis q̄ est facies Martis: ille natus erit potēs: valēs dn̄ator: diliget iterfectiones ⁊ armat equos ⁊ q̄ his similant̄. ¶ Et si fuerit in secūda facie q̄ est sui ipsiꝰ erit hō apparētie noīatus de bona fama ⁊ laudatꝰ ⁊ abundās: diliget ꝓlia pulchro mō: ⁊ erit fortunatus ⁊ victoriosus. ¶ Et si fuerit in tertia facie que est Veneris: erit homo femineus assimilatus mulieribus: diliget eas ⁊ vti cum eis ac comedere bibere ⁊ quiescere.

¶ Capitulum quartum in naturis planetarum.



Lanete se adiuuāt ꝓꝑ ꝯuenientias eoꝝ: ⁊ se disturbāt ꝓꝑ discordātias suas: ⁊ ꝓꝑ suas diuersitates. Et domꝰ ē inimica dn̄i: ⁊ exaltatio exaltatōi: ⁊ vnū celū alteri. Nā qđ fit ꝑ celū saturni destruit̄ ꝑ celū lune. Et qđ ꝑ celū Iouis fit destruit̄ ꝑ celū Mercurij. Et qđ fit ꝑ celū Martis destruit̄ ꝑ celū veneris. ¶ In loco vbi est exaltatio saturni est casus solis. Et vbi deprimitur sol exaltatur saturnus. Ubi exaltatur Iuppiter cadit Mars. Et vbi cadit Mars Iuppiter exaltatur. Ubi exaltatur Mercurius cadit Venus: ⁊ vbi cadit mercurius exaltatur Venus. ¶ Signa concordantur per suas naturas licet diuersa sint in formis maneriebus ⁊ q̄ȝtitatibus suis. ¶ Signa concordantia sunt ea que concordant in ascensionibus. Discordantia vero que diuersificantur in eis. ¶ Planeta est inimicus alteri planete quando se aspiciunt de quarto vel opposito. Diligunt ⁊ concordant se q̄n se aspiciunt de tertio vel sextili. ¶ Quādo planeta aspicit alium planetam de domo sui casus: inimicatur ei ⁊ abhorret eum. Uerbi gratia: si fuerit Saturnus in casu exaltationis aut domus veneris ⁊ si tunc aspexerit Saturnus Venerem: ille aspectus est inimicitie. Et quando aspicit de duodecima domo a domo sua similiter abhorret eum. Et quando suum factum reuertitur super eum abhorret similiter illum. Et quando non recipit eum similiter abhorret ipsum. Et quando est diuersus ab altero in sua forma ⁊ suo facto abhorret eum similiter. Planete quando inimicantur ⁊ abhorrent se: dānificant factum ⁊ significationem suam.

¶ De sole.



Cito ꝙ sol est lumē ⁊ candela celi gubernator mūdi: factor tēpoꝝ ꝑ eū fiūt planete oriētales ⁊ occidētales: ⁊ ꝑ eū fiūt apparētes ⁊ occulti: ꝑ eū mouet̄ oīs res se mouens: ꝑ eū nascit̄ oīs res nascēs: crescit oīs res crescēs: crescit oē foliū ⁊ maturat̄ oīs fructꝰ. Ipse ē sp̄us celi magnꝰ. Cū eo viuificant̄ signa. Et qđlibet signū q̄n ē in eo hȝ maioritatē sup alia signa: q̄m ipm viuificat ⁊ illuminat ⁊ dat ei fortitudinē ⁊ calorē ⁊ applicat calorē: fortitudinē ⁊ virtutē illius signi terre: q: nā ⁊ facta sua apparēt in oībꝰ rebꝰ ⁊ cunctis aīatis ⁊ aīatis exn̄tibus in terra. Et q̄n exit de signo i quo est: remanet illud signū in silitudine corporis defuncti q̄m sp̄m ⁊ motū n̄ hȝ: ⁊ ita faciūt oēs alij planete: q: q̄ȝdiu quis planeta itrat qđuis signū tūc hȝ illud signū meliorationē sup alia signa vacua. Et illud signū in quo est planeta vitat alia signa vacua sicut vitat corpus viuū mortuū q̄n venit ad ipm. Per solē fit decursus aquaꝝ: motꝰ vētoꝝ. Per eū nascunt̄ nubes ⁊ veniūt pluuie. Et ē plāeta magni dn̄ij potētie nobilitatis altitudinis ⁊ magnitudis. ¶ Et est fortuna ꝑ aspectū: infortuna ꝑ ꝯiūctionē corporalē. Uides. n. q̄ȝdo aliq̄s planeta ꝯiūgit̄ sibi: cōburit ⁊ vicit eū ⁊ extiguit lumē ⁊ lucē suā. ¶ Et ē in q̄ōnibus petitionū demkator rerū q̄ vincunt̄ ⁊ moriunt̄ ac reꝝ fortiū ad q̄rēdū. Et quēuis planetā q̄ ꝯiungit̄ ei ⁊ itrat sub radijs suis facit paruuȝ ⁊ vilē. ¶ Ipse significator ē patrū: suꝰ locus in firmamento est q̄rtus: ⁊ assimilat̄ p̄ribus in formis ⁊ factis suis: ita ꝙ q̄n ꝯiungit̄ luna ei hora ꝯiūctionis qđ est cooperimentuȝ: ⁊ affinamētū lune illud est ad silitudinē viri ⁊ mulieris: ⁊ q̄n separat̄ ab eo renouat̄ in ea initium lucis ⁊ luminis: ⁊ lux ⁊ lumē illud vadūt crescēdo sicut crescit creatura: ⁊ vadit crescēdo ⁊ accēdēdo donec se faciat vnū corpus rotūdū cōpletū ad silitudinē sui p̄ris q̄ nasci fecit ⁊ accensit eā. Et signat de corpore hoīs q: sua exaltatio est in Ariete id qđ est in sui ꝑtitione de hoīe ⁊ ē caput. Et sign̄at de mēbris corpis itrinsecus stomachū: q̄m assimilat̄ ei in decoctione aquaꝝ in vētre terre: ⁊ grossitudinē eius facit subtilē: ⁊ clarificat turbidū ⁊ maturat ipm ꝓꝑ calorē fortitudinē: nām ⁊ ꝓprietatē suā: ⁊ trāsmittit eius subtile ad sūmitatē arborū et ramorū: et q̄libet arbor et oīs plāta et herba recipiūt suā partē de eo: sicut facit stomachus q̄ coquit cibaria missa intꝰ eū et eoꝝ bonū clarū et subtile trāsmittit ad epar: et epar diuidit ipm ꝑ venas: et recipit q̄libet venā suā ptē ꝯ̄ȝ suā quātitatē et qđ ad se ꝑtinet. ¶ Sol ē melior et nobilior oībꝰ alijs planetis et altior in nobilitate: q: nā sua operat̄ in oībus naturis et nulla naturaꝝ aliaꝝ operat̄ in eo. ¶ Sua domus ē melior nobilior et altior in nobilitate oībus alijs domibus. Et exaltatio sua silr̄ alioꝝ exaltationes excedit et sue facies silr̄ ac triplicitates. ¶ Locus suꝰ in celo est quarto. s. mediꝰ septē planetaꝝ: sicut rex sapiēs q̄ ꝑ sensum manutenet regnū suū et ꝑ ꝯsiderationē ponit sedē suā in medio regni sui. vt per oīa latera attingat. Dedit Marti suā militiā: et ꝙ dux eēt sue militie: q: celū solis est sub celo Martis: et ꝯuenit nā et calor suus cū nā et colore ipsius. Dedit Ioui sua iudicia ꝓꝑ tēperiē: honestatē: saluationē: et sue cōplexionis salutē. Et q: nō est i eo q̄ȝtitas nimia nec peccādi nā. Dedit regnum Saturno q: planete oēs sua lumina mittūt ad eū: et suas ꝯsiderationes. Dedit Veneri collectionē redditū et vēdēdi redditus et emēdi: q: eius celū applicat suo et sunt vicini. Dedit Mercurio scribaniā: q: status eiꝰ ē sicut statꝰ scriptoris regis q̄ vadit q̄n ille vadit et sedet q̄n ille sedet. Dedit lune algazilaticū: q: est silis algazilo. i. nuncio regis q̄n facit sua mādata et defert ea quocūq̄ꝫ p̄cipit. Algazie sunt societates ab exercitu separātes vt dānificent vel lucrent̄. ¶ Q̄n sol est in oībus ꝑtibus Arietis altos facit viles deprimit dn̄os: ⁊ potētiā hȝ in maleficijs: crudelitatibus: victorijs: et in faciēdo malū. ¶ In oībꝰ ꝑtibus Tauri ē rex hn̄s volūtatē interfi-

ciēdi ꝑlioꝝ vincēdi:faciēdi algarias.i.thesauros pp Ve/
nerē:cui⁹ dom⁹ est Taur⁹ ⁊ ꝯquirēdi. ¶ In oib⁹ ptib⁹ Ge/
minoꝝ ē rex ifirmi spūs:parue potētie:regit se ad volūta/
tē suā ac delectationē ⁊ facit res q̄ vilificāt ⁊ ōprimūt ipꝫ.
¶ In oibus partib⁹ Cācri ē dñs q diligit cātationes:iocu
latrias:ludos:audire romātios:⁊ fabulas limpiditatis se
parationē:⁊ vitationē boium. In oibus ptibus Leonis ē
rex q ostēdit arma sua enses euaginat:ordinat suos equos
⁊ suas militias p vicēdo ⁊ ipugnādo reges vicinos suos.
¶ In oibus ptibus Virginis est rex q diligit ioculatrias
cātilenas:stare tacitus:eius volūtas in comedēdo ⁊ bibē/
do:i reb⁹ odoriferis quiescēdo:⁊ in oibus vitijs corporis.
¶ In oibus ptibus Libre ē rex q vict⁹ fuit:⁊ cui sublatū ē
regnū suū:⁊ interfecte militie sue ⁊ vadit fugiendo de vno
loco ad aliū:q̄ magnū timorē hꝫ pdēdi corpus. ¶ In oi/
bus ptib⁹ Scorpionis ē hō altus magne formositatis:cō/
pleti corpis ⁊ limpidi:pulchraꝝ vestiū:apparētie cōposi/
te ⁊ hō q timet. ¶ In oibus ptib⁹ Sagittarij ē rex potēs:
malefactor:malū facit hoib⁹:derobat ⁊ aufert sine iure:i/
terficit hoies absq̄ rōne:destruit ⁊ ōpopulat ppl'ationes.
¶ In oib⁹ ptib⁹ Capricorni ē rex magne fame magni nois
⁊ boni:⁊ remouet malos hoies:⁊ retrahit malefacta: ⁊ ꝓhi
bet ne potētes malū faciāt debilib⁹ ⁊ minute gēti. ¶ In oi
bus ptib⁹ Aquarij ē rex nois ⁊ fame pauce:paucoꝝ serui
entiū:facit res suas p se:ꝓpterea ē potēs sup gentez suā:⁊
est fortis mādati ⁊ appreciat se plusq̄ȝ valeat. ¶ In oibus
ptibus Pisciū est dñs iocoꝝ ioculatrie:⁊ risus pigritie:stā
di quiete:sequēdi volūtates suas:sequēdi ⁊ adiūgēdi se re
bus q̄ sibi malū videnť:⁊ rebus de qbus accidit malū sibi
ac timorē maloꝝ morū ⁊ malarū nārum. ¶ De luna.



Una ē luminare min⁹ ⁊ est dñā ascēdētis mun
di:assimilať hoi pre ceteris alijs reb⁹ in initio
sue gñationis ⁊ postmodū i sui diminutiōe:q̄
parua icipit ⁊ vadit crescēdo recipiēdo lumē a
sole donec opponat se sibi:⁊ si vn⁹ duoꝝ nodo/
rū ē circa locū ipm ecclypsať:⁊ silr ecclypsat Luna solē qñ
iungiť ei ⁊ fuerit ꝯiunctio in aliquo duoꝝ nodorū. Et post
hāc ecclypsim solis ⁊ lune isurgūt viles ⁊ vilipēsi ꝯ reges
suos ⁊ ꝯ coꝝ altos hoies:⁊ male tractāt ⁊ vilipendūt eos
regna mutanť:⁊ isurgūt viles ⁊ mali. ¶ Luna est circa so/
lē sicut est magnus algazilus circa regē cui rex donat potē
tiā ⁊ altū gradū ⁊ applicat eū sibi. Nā sol gubernat lunaȝ
de luie ⁊ fortitudine sua donec ponat se in oppōne. Et qñ
posita ē in illo loco sol ei resistit ⁊ minuit lumē ei⁹ ⁊ aufert
ei qđ mutuauerat ⁊ posuerat i posse suo:⁊ ducit eā sicut fa
cit rex qñ exaltat algozilū suū ⁊ dat ei fortitudinē ⁊ poten
tiā in ꝑcipiēdo genti ⁊ ppl'o suo:⁊ in fouēdo eos:⁊ in faciē
do qđ sibi vř. Et qñ algazilus magnificat⁹ ē:⁊ i po⁹ sic ꝓce
dit q̄ sit i silitudine regis dñi sui tūc icipit rex deprimere ⁊
auferre altitudines q̄s posuerat in posse suo. Et ꝺm hunc
modū ē luna cū sole ⁊ sol cū luna. ¶ Per lunā est pulchri/
tudo stellaꝝ ⁊ eaꝝ feditas:q̄ ipsa igrediť p stellas ⁊ ď vna
defert ad aliā. ¶ Nā lūc ē frida ⁊ hūida:ipedit eaȝ Mars
qñ est cōpleta ⁊ lumis sui plena:⁊ Saturn⁹ ipedit eā qñ ē
minuta ⁊ destructa. Ipsa ē regina ⁊ gubernatrix noctis ⁊
potēs in mari ⁊ in augmēto ⁊ decremēto suo. Ois fructus
aque aperiť p eā:p augmētū ⁊ decremētū ipsi⁹ fit icremētū
⁊ decremētū i medullis ⁊ cerebris ois rei viuētis i hoie ac
bestijs. Et ē pticeps ascēdētis ⁊ ei⁹ dñi i natiuitate ⁊ q̄ne.
Et ipsa tñ valet q̄ȝtū ascēdēs qñ nō fuerit cognit⁹ nec ďter
minat⁹ g̃dus ascēdētis. Ipsa facit op⁹ solis in ꝑn⁹ cuiuslibꝫ
secreti ⁊ oēȝ rē coopertā ⁊ abscōsa: detegit ⁊ ōndit ipsa est
potēs i motu ⁊ accessu agil'r ⁊ fortiter:⁊ i oi re nata ⁊ gña
ta i q̄ luna fuerit:ifortunat a ifortunio forti de die vel nocte
malū erit i nutritiōe ⁊ ifortuna. ¶ Qñ luna fuerit ifortuna
ta ꝓpa in reuolutiōe annoꝝ mūdi lꝫ non hēat posse: in illo
anno ifortuniū ⁊ impe timētū apparebit sup pplm i eadē
reuolutiōe. ¶ Luna ē vnus triū planetaꝝ pluuias faciēti/
uȝ:⁊ p applicationē ⁊ demōstrationē ipsius sciet habūdan
tia vel charistia precij panis. Hꝫ.n.significationē ⁊ demfa
tionē magnā i radice ꝑncipij gñationis creature:ostendit
qd accidat in mēse creature septimo ab hora gñationis:⁊
si tūc videbiť sana ē in gubernatione lune:⁊ pt viuere sana
vita cū bñplacito dei:tñ erit piger:nesci⁹:vilipēsus ⁊ mi/
scurator:nec ē firmus in aliq̄ re:nec amorē hꝫ nec amicitiā
cōpletā:⁊ hēbit ipedimēta multa ⁊ anxietates:⁊ acciden/
tia mlta mala ⁊ mortalia:q̄ ifortunať mēse quolibet.24.
infortunijs. ¶ Qñ luna ē in oibus ptib⁹ Arietis:ē rex al/
tus:fame ⁊ potētie magne:formosus:cōplet⁹ corpe:aspe/
ct⁹ cōpositi:⁊ timeť. ¶ In oibus ptib⁹ Tauri ē rex ampli
regni:bene cōposit⁹:negocia sua eq̄lia ⁊ bene cōposita sūt
dilectus ab hoibus ⁊ ppl'o suo:cōpletus ⁊ refect⁹:diligit
getes:hylaritates:⁊ ē vitiosus. ¶ In oib⁹ ptib⁹ Geminoꝝ
ē paup ⁊ miser:mēbris ōnatus:sua negocia mala ⁊ male
cōposita sunt:malaꝝ vestiūm:malaꝝ qualitatū i suo corpe ⁊
eius victu. ¶ In oibus partib⁹ cācri est rex magni altitu/
dinis:alti gradus:ampli regni:dñs potētie ꝑcipiēdi ⁊ ꝓ/
hibēdi:boni aspect⁹:honest⁹:pulcher:magne psone time
tur ⁊ hꝫ dñiuȝ. ¶ In oibus ptib⁹ Leonis ē rex nobilis co/
ronat⁹:vilipēdūt eū gētes:⁊ ppl'i sui ꝑcipiūt:⁊ ꝓhibēt in
regno ⁊ faciūt quicqd volūt sine eo ⁊ absq̄ mandato suo.
¶ In oibus ptib⁹ Virginis ē tristis:multaꝝ cogitationuȝ
⁊ anxietatū:pānos fractos hꝫ:seruit hoibus ꝑdicādo ⁊ di
cēdo romātios ⁊ fabulas:⁊ mala ipedimēta trahit ad se.
¶ In oibus ptibus Libre ē rex coronatus q se intromit/
tit de comedēdo:bibēdo:qescēdo:non cogitat de negocijs
suis nec anxius est ꝓ eis:diligit gaudia:cātationes:mulie
res:audire fabulas ⁊ solatia. ¶ In oib⁹ ptibus Scorpio
nis ē multaꝝ anxietatū ⁊ tristitiaꝝ:trahit ad se malū p ne/
scietatē ei⁹:⁊ eueniēt mala ipedimēta sibi malis opionib⁹
suis. ¶ In oibus ptibus Sagittarij ē rex coronat⁹:nesci⁹
multū:de re nulla cogitat:nec itelligit suū bonū vel malū:
nec hꝫ cogitationē de regno vel ppl'o suo. ¶ In oibus pti
b⁹ Capricorni est nobilis:altus.magne laudis:nois ⁊ bo/
ne fame:formosus:cōposite psone:bonaꝝ vestiū ⁊ limpi/
dus. ¶ In oib⁹ ptib⁹ Aquarij est astrucctus q diligit seq
fugiētes:amat venari:⁊ multū ire ⁊ venire:ē multi mor⁹ ⁊
facit res q̄ nō ꝓficiūt sibi i suis negocijs ⁊ victu. ¶ In oi/
bus ptibus Pisciū ē sicts seruo ⁊ vilipēso i habitu ⁊ vesti/
bus suis:diligit venari:solatiari:ludere ad ludos in qbus
perdit:stare quiet⁹:⁊ nō cogitare de aliquo negocio suo.


¶ De Saturno.



Aturnus ē planeta senex magn⁹ fessus:vilipē
sionis:anxietatū tristitiaꝝ ⁊ lōgaꝝ infirmitatū:
Nā ei⁹ frigida ⁊ sicca:assimilať melācolie q̄ gu
bernať de oibus humorib⁹ ⁊ nullus de eis sic/
cus est:iuidus:lōgā tenet irā:pauca loquiť:nō
vult societatē:stare vult solus ⁊ separatus:profundas hꝫ
opiniones:memorie subtilis:cogitat ⁊ ispicit in rebus an/
tiqs:nō hꝫ agilē intellectū:timorosus est ⁊ ꝓditor.facit ex
perientiā ligādi nigromātica ⁊ mirabilia:cū regib⁹ est i sili/
tudine regis:q̄ oēs planete mittunt ad eū ꝯsiderationes
n.īs ⁊ fortitudines coꝝ. Vilis ē cū vilibus:⁊ vilipēsus cuȝ
vilipēsis:diligit edificare seminare plātare ⁊ populare nō
hꝫ solatiū cū aliquo nec aliqs cū eo:grauis in eundo ⁊ mo
uēdo:pauci vius cū mulieribus:sterilis q̄ nullū hꝫ filiuȝ:
suā legē iudicat:plura suoꝝ factoꝝ magis sunt ad dānum
q̄ȝ vtilitatē ipsi⁹:creatus est de frigiditate aque ⁊ tenebra/
rū nebule:nec hꝫ i se lucē nec lumē:tñ recipit ipm ab alijs
planetis ⁊ maxime a sole:qñ sol facit in eo calorē ⁊ lumē:
⁊ est ꝯrius ⁊ inimicus eidē:q̄ dom⁹ eius est opposita sue:
⁊ tenebrositas sua est diuersa ⁊ ꝯria lumini suo ⁊ eius fri/
giditas diuersa est ⁊ ꝯria suo calori:nec obedit alicui pla/
netaꝝ:nec regitur p aliquē nisi p solē p quē cōburiť:retro/

gradat: fit orientalis ⁊ occidētalis appropinquando sibi ⁊ elōgādo se ab eo: ⁊ ꝑticipat cū Marte infortunio ⁊ non in alio: ⁊ est ꝯtrarius ⁊ inimicus sibi in nā ⁊ ꝓprietate q̄ infrigidat eū: ⁊ ꝑ frigiditatē sue nāe caliditatē ⁊ ardorē suū extinguit. Abhorret Iouē ꝑ eius eq̄litatē. Minuit vitā nati: ⁊ dānificat nutritionē eius: est pauce tollerātie: q̄ sustinere nō pōt malū: piger: timorosus in factis ⁊ motibꝰ suis: tardi itellectus ⁊ ipedite loquele: hꝫ in suis cogitationibus ⁊ opinionibus ꝓfundis fortē timorē. ¶ Lucet in Geminis Cācro ⁊ Leone: ⁊ minuit lux sua in Uirgine Libra ⁊ Scorpione: fit tenebrosus in Sagittario: Capricorno ⁊ Aq̄rio: ⁊ minuit tenebrositas eius in Piscibus Ariete ⁊ Tauro. ¶ Qñ est in pma facie Arietis est apparētie limpiditate: visionis depicte: cōmēdat se de iterfectionibꝰ ⁊ p̄lijs. ¶ In scđa facie accēdit ignes: ⁊ inter hoīes ponit guerras ⁊ malā volūtatē inter vnū ⁊ aliū: ac vnū ꝯ aliū istigat ⁊ facit res abhominabiles. ¶ In tertia facie dānificat res seminatas eradicat arbores: ⁊ pplātationes ifirmat. ¶ In prima facie Tauri est effeminatus in suis factis: iacet cū iuuenibus ⁊ pueris paruis ⁊ ēt cū puellis. ¶ In alijs ambabus faciebus est senex: mēbris debilis: dānatus corpore: fessus: dānate fortitudinis: voces emittit in dolo sup seipsum. ¶ In toto Gemini est male q̄litatis: tristis: dolorosus: āguste vite: ⁊ negociorū male ordinatorū. ¶ In toto Cācro ē turpissimi vultꝰ ⁊ mirabilis creatura ⁊ forma ⁊ visione fuaita q̄ ex pauescēt ⁊ mirabunt de figura eius quotquot eū videbūt ⁊ audiēt loqui de ipso. ¶ In prima facie Leonis ostēdit potentiā ⁊ fortitudinē: ac tollerātiā: diligit dolos ⁊ timores. ¶ In scđa facie demōstrat legē: ⁊ sua pctā deplorat. ¶ In tertia facie est pauper vilipēsus ⁊ timorosus. ¶ In prima facie Uirginis: est dolorosus: de mēbris dānatis de mītis anxietatibus ⁊ tristitijs: viz nullā hꝫ: nec motū. ¶ In scđa facie cōmēdat se ac laudat de rebꝰ quas facere vel cōplere nō pōt nec applicari ad eas. ¶ In tertia facie ē mali negocij ⁊ paupꝑtatis aperte: petit ab hoībus pro mercede q̄ comedat. ¶ In prima facie Libre est dn̄s regni altitudinis: corone nobilitatis ⁊ dn̄ij. ¶ In scđa facie ē dn̄s iterfectionū: p̄liorū: victoriarū: equorū: armorū: ⁊ apparatuum. ¶ In tertia facie est paup: miser: tristis: ⁊ anxius: denudatus: discopertꝰ sine verecūdia ⁊ exclamat plorādo sup seipm. In prima facie Scorpionis diligit trahere de balista: ⁊ venari p maliciā. ¶ In scđa facie ē iterfector: cōbustor: affrontator ⁊ inuidus. ¶ In tertia facie est mirabilis creature ⁊ fede. multi mali ⁊ rixarū multarū: facit maleficia i hoībꝰ ⁊ abhoīabiles res ⁊ malas. ¶ In oībus faciebꝰ Sagittarij: est magnus: fessus: dānatus de mēbris: spinalis curui: aperte paupꝑtatis ⁊ miserie manifeste. ¶ In prima facie Capricorni est dolorosus: magnis cogitatōibus: anxius: vilipēsus: tristis: deiectꝰ: plorans ⁊ miscet suos capillos. ¶ In scđa ⁊ tertia facie diligit fodere: edificare: ⁊ se fatigare ꝓ seminādo: ⁊ riuos decurrere faciēdo: facere puteos: aquas extrahere ⁊ populare. ¶ In oībus partibus Aquarij amat abranculare: ⁊ iterficere potentiā ⁊ fortitudinē in rebꝰ fortibus ⁊ timorosis. ¶ In prima parte Pisciū diligit interfectiōes maleficia iras ⁊ labores. ¶ In scđa ⁊ tertia ꝯducit cecos: societatē facit pauperibus: ⁊ seruit habentibus mēbra dānata ⁊ infirmis.

¶ De Ioue.



Uppiter est planeta eq̄litatis: cōitatis: meliorāmēti: itellectꝰ: sensus: ⁊ pietatis: q̄ tparꝰ ē eq̄lis: ⁊ fortuna p aspectū ⁊ corpalē ꝯiūctionē: sig̃t bonitatē: meliorationē: legē simplicitatē: ⁊ castitatē: dirigit ⁊ nō dānat: populat ⁊ non destruit. Abhorret Saturnū ⁊ eiꝰ nās: phibet ⁊ retrahit eū a suis malis opibꝰ. Et formose apparētie ⁊ cōposite psone: māsuetꝰ: fidelis: legalis: ⁊ pietosus ꝑcipit ⁊ ostēdit bonitatē: phibet ⁊ abhorret malū: adiuuat paupes: gubernat q̄bus expediēs est: veridicus in dictis ⁊ factis suis: boni solatij ⁊ amoris: bone ac vere amicitie ⁊ sine fraude: cōpletus ⁊ sanus in corpore ⁊ mēbris suis: ꝓsperosus in factis suis ⁊ opibus: amat iudicatꝰ: decreta ⁊ iudicia. Si dꝫ ostēdere rē aliquā bonitatis vl' melioramēti. fortificat: affirmat ⁊ verificat eā. Et si hꝫ ostēdere aliquā rē horrendā vel mali: retrahit ⁊ dānat eā ac ipedit p se ⁊ sua facta cū beneplacito dei. Et qñ fortis est felix ⁊ firmꝰ in natiuitatibꝰ: fortuna ⁊ nati nutritio adimplet. Et si fuerit deiectus in natiuitatibꝰ vel dānatus dānabit nati negociū ⁊ minuit eius vita. Nō hꝫ vtilitas nec aliqđ bonū in aliquo factorū nec in aliq̄ rerū nisi p eū: ⁊ p demrātionē ⁊ aspectus eius. ⁊ p cum clarificat aer: currūt venti ⁊ salutifere pluuie .s. in tpibꝰ cōmodū faciētibus ⁊ nō dānū. p eius eq̄litatē cōitatem ⁊ sue cōplexionis tēperiē: estatis calor ⁊ frigus hiemis temperat: ⁊ minuunt ifirmitates epidimie: ac mortalitates p sui demrātionē in anni reuolutione. Et p sui demrātionem ⁊ fortitudinē in nono mēse a ꝯceptione creature liberat natus: ⁊ exit ad mundū ⁊ ad eius quietē: ⁊ ad aerē: ⁊ ab angustia vētris ⁊ suis tenebris liberat. Et quāuis deus secretū sciat. Dicūt tn̄ aliq sapiētes q̄ creatꝰ ⁊ factꝰ est Iuppiter de claritate aeris ⁊ lumine suo: ac d vētro eiꝰ limpido ⁊ purgato. Diurnus est ⁊ masculinꝰ: fratres amicos ⁊ cōsanguineos sig̃t. ¶ In die q̄ deꝰ cepit creare mūdū erat in domo ascēdēte. ¶ Lucet i Ariete Tauro ⁊ Gemini. ⁊ minuit lux sua in Cācro: Leone: ⁊ Uirgine: obscurat in Libra: Scorpione: ⁊ Sagittario: ⁊ minuit eiꝰ obscuritas in Capricorno: Aquario: ⁊ Pisce. ¶ In oībꝰ ptibꝰ Arietis est nobilis: amat vicia: vbertates: comedere. vestire: ac se limpidare. ¶ In prima facie Tauri est hō scie iudicādi bonorū morū ⁊ scribendi. ¶ In scđa ⁊ tertia facie est cecatus de mēbris dānatus: stricti: colli curui spinalis: male q̄litatis: paupꝑtatis aperte: ⁊ est vilis. ¶ In prima facie Gemini est depicte apparētie pulchri solatij: itromittit se de libris scribēdo legēdo: sciēdo: de bonis moribꝰ: ac phia. ¶ In scđa facie est plenus ⁊ refectus: petit iacere cū mulieribus p violentiā: voluntatē hꝫ violādi ⁊ vincēdi. ¶ In tertia facie deuerecūdatus est ⁊ detectus: apparētis leccacitatis: sapiēs in fraude: ꝑditiōe: ⁊ omni scia in qua fit pctm̄ ⁊ delectatio sine bono ⁊ vtilitate. ¶ In prima facie Cācri est hō litigiosus: loquax: ꝯtrariator rerū: diligit iterfectiones ⁊ suas seq̄t volūtates. ¶ In scđa facie est rex altus: nobilis ⁊ alte potētie: armis suis munitus: ⁊ paratꝰ interficere ac p̄liari. ¶ In tertia facie diligit venationē: ⁊ sequi bestinglos ac interfectiones p fraudes. ¶ In oībus ptibus Leonis ē hō venationis: piector de balista: iterfectiones ⁊ militias diligit ac petere inimicos. ¶ In prima facie Uirginis est scriptor: numerator: amat scias ⁊ phiam boni solatij: ⁊ renūciator deperditionū. ¶ In scđa facie ē iratꝰ: malefactor ⁊ dānator palmas: ⁊ oēs arbores dānat: diruit edificia: ⁊ destruit populationes. ¶ In tertia facie ē debilis: piger: fessus: tristis ⁊ suis mēbris dānatꝰ. ¶ In pria facie libre ꝯgregat aues custodit eas: ⁊ facit priuatos: ⁊ cū eis venat. ¶ In scđa facie est pauper vilis ⁊ defectiuus. ¶ In tertia facie ē rex nobilis: honoratꝰ: altꝰ: ac magni dn̄ij ¶ In pª facie scorpionis trahit cū balista: donx militie: hō dn̄ij ⁊ nobilitatis: diligit iterfectiones ⁊ militias. ¶ In scđa ⁊ tertia facie est fortunatus in venādo: lucrādo pecuniā aggregādo: ⁊ iplēdo volūtatē ⁊ dicta sua: ⁊ ē sine verecūdia ad suas volūtates sequendas. ¶ In oībus partibꝰ sagittarij diligit eq̄tare: ⁊ aptare se ꝓ litigando: ⁊ ꝑparare se de oībus armis ⁊ hoībus: ⁊ de oī apparatu bono ⁊ pulchro. ¶ In oībus partibus Capricorni est mali negocij: debilis: pauper: dolorosus ⁊ de mēbris dānatus. ¶ In prima facie Aquarij ē venator: de bonis ⁊ pulchris pānis vestitus: formosus cōpositꝰ: lipidꝰ: ⁊ timet. In scđa facie diligit cōmedere: bibere: ⁊ vitiosus q̄escere: ⁊ in vbertate. ¶ In tertia facie sic i pª. ¶ In pª facie Piscium ē magr̃. doctor sciarū ⁊ iuriū: lector

librorum: cogitās ⁊ studēs i rebꝰ ad itelligēdū fortibꝰ ⁊ ꝓfūdis. ¶ In scḋa facie ē nobil᷑: alacer: gaudiosꝰ: diligēs cātatōes: ioculatiōes: vitia ⁊ vbertates. ¶ In tertia facie ē iter fectꝰ ꝓiectꝰ iter bestinglos comedētes eū. ¶ De Marte.



Ars est planeta calidus ⁊ siccꝰ: igneus: feruēs nocturnus: femininꝰ: destructor: iratus: victoriosus: diligit occidere ⁊ iterfectiones: rixas: litigia: ⁊ ꝯtrariari alteri leuiter iformunat: stultꝰ: nō patiens: cito irascit᷑ ira fortr: totū cor suū exponit in rebus suis agēdis: nō ita percipit cum est iratus nec manū retrahit de faciēdo id qḋ icipit: guerras ⁊ facta mouet: prelia facit: ⁊ destruit populationes. ¶ Exaltatio sua est in domo saturni q̄ signat clamores: ipedimēta ⁊ gētem stultā: ac giiationes. Cōuenit saturnus Marti in ifortunio ⁊ resistit ei in frigiditate ⁊ tenebrositate. ¶ Inclinatur soli amore sui: ⁊ defendit᷑ auxilio eius: qm̄ sol exaltat᷑ i domo sua ⁊ gubernat eū ꝺ calore ⁊ siccitate quā recipit ab eodē. ¶ Proprietas ⁊ nā̄ sua ꝯuenit ⁊ appropinquat ꝓprietati ⁊ nāe solis: nescius ē ⁊ obliuiosus: modici itellectus: ⁊ dimi nutus sensu: nec ꝯsiderat rex fines. ¶ Per eū ⁊ ꝑ ascēsuz ⁊ descēsum eiꝰ in circulo suo crescit ⁊ decrescit estatis calor ⁊ hyemis frigiditas oi anno. Sua nā mobilis ⁊ mutabil᷑ est: ⁊ fit vna vice humidus ⁊ alia siccus. ¶ Qñ erigit᷑ i circulo suo ⁊ separat se ac retrahit a fumositatibꝰ terre ⁊ humiditatibꝰ ifortificat᷑ eius calor ⁊ siccitas. Et qñ descēdit i circulo suo versus terrā ⁊ eiꝰ fumositates: humectat᷑ ⁊ minuitur calor eius: ⁊ tūc signat ifirmitates ⁊ dolores occasiōe sanguinis ꝓcedētes: q̄ sunt de nā caliditatis ⁊ humiditatis. Et est lune inimicus signāter inter ceteros planetas: qm̄ eiꝰ ꝓprietas est a sua diuersa ⁊ in domo lune fit vilis ⁊ debilis. ¶ Qñ est dñs alicuius natiuitatis: ⁊ nō habuerit aspectū cū Joue aut Venere iterficit ⁊ destruit ⁊ dānationem nati sigt̄ ⁊ est modice nutritiōis. ¶ Qñ fuerit i angulis ⁊ succedētibꝰ receptꝰ ab angulis in reuolutiōibꝰ annoꝝ mūdi in illo anno: bella demifat de manerie loci in quo fuerit: eiꝰ est latrociniū: furtū: derobare stratas: ferire cōburere: ⁊ his sīlia. ¶ Qñ fuerit significator pluuie facit scintillatiōes: tonitrua radios ⁊ in aere celestia mirabilia. ¶ Debilitat᷑ in signis humidis ⁊ aqueis fortificat᷑ ⁊ erigit᷑ nā eiꝰ in igneis ⁊ aereis signis. ¶ Clarificat᷑ ⁊ ascēdit lumē suū in Aq̄rio Piscibꝰ ⁊ Ariete. Minuit᷑ in Tauro Gemini ⁊ Cācro. Obūbratur in Leone Virgine ⁊ libra. Minuit᷑ obūbrositas eiꝰ in scorpione sagittario ⁊ capricorno. ¶ In ꝑma facie arietis clamores: ⁊ mirabilia facit furta: fraudes ⁊ litigia diligit: erigit se supra malos: reprobos: parcos ⁊ anxiosos. ¶ In scḋa facie est apparentiū armoꝝ paratus ad rixandū quotcūq; ipm̄ vidēt ⁊ appropinquāt se sibi: ⁊ timēt eū: q̄ꝫuis resistentē ei vel q̄ rixet᷑ cuꝫ eo leuiter interficit. ¶ In tertia facie timet᷑ ⁊ est limpidatꝰ limpiditate pulchra: tenet i sua manu ensēꝫ euaginatū: minat᷑ hoibus cū illo ⁊ infert eis timorē. ¶ In prima facie Tauri ex verecūdatus: q̄ sequit᷑ volūtatē eiꝰ gulosus: amat ⁊ tētat ꝑ vim iacere cū mulieribꝰ. ¶ In scḋa facie euaginat enses rixas mouet ⁊ sitit sanguinē: ⁊ hoies interficit. ¶ In tertia facie ē forme mirabiliter turpis: dānati vultꝰ: ioculatores diligit: hilaritates: cātationes ⁊ vitia. ¶ In prima ⁊ scḋa facie gemioꝝ miles tenēs suū ensēꝫ repositū: secū ducit apparatū ⁊ arma sua: vadit ad sīlitudinē ꝑquirētis rē q̄ aufugit ⁊ euasit de manu sua. ¶ In tertia facie est vilis: paupꝫ: defectiuus: pauꝑibus seruit ⁊ habētibus mēbra dānata ⁊ petētibus pro deo. ¶ In prima facie cācri eq̄tator: bestias tenet tractator baliste: intromittit se de militia ⁊ timetur. ¶ In scḋa facie dānati vultus: mirabilis forme mirantur hoies ⁊ ridēt de eo. ¶ In tertia facie venator colubrum ⁊ alioꝝ reptiliū: colubrū incātator: hoies ꝑ icātationē ⁊ verba ac extraneas medicinas medet᷑. ¶ In ꝑma facie Leōis tractor baliste: tenens arma: potens: audax ⁊ fortis. ¶ In scḋa ⁊ tertia facie tristis: anxius ⁊ dolorosus: petulit caput suū ⁊ miscet ꝓpria manu barbā suā. ¶ In pria facie Virginis turpis aspectus: dānati vultus: tenet irā: agilis pro iterficiēdo q̄ꝫuis nō dubitat res malas ⁊ vitatas ab hoibꝰ attētare. ¶ In scḋa ⁊ tertia facie cecatꝰ dānatoꝝ mēbroꝝ: mali negotij: pauper ⁊ defectiuus vilis ⁊ senex. ¶ In ꝑma ⁊ scḋa facie Libre trahit de balista: tenet arma: timet᷑: ⁊ est bone apparētie ac limpidatus. ¶ In tertia facie ioculationes: hilaritates: diligit cātationes: quietē comedere ⁊ bibere. ¶ In ꝑma facie Scorpionis valēs custodit suū: apparēs: noiatus: applicat ad idē qḋ vult: ⁊ facit de suis inimicis velle suū. ¶ In scḋa facie denudatus discoopertus: mali opis: inuidis rixosis ⁊ guerratoribꝰ seruit. ¶ In tertia facie multū diligit mulieres: petit eas vim faciēdo cis: iratus est: sup seipm̄ irascit᷑. ¶ In ꝑma ⁊ scḋa facie Sagittarij timet᷑: patiēs: valens: audax ⁊ hilaris. ¶ In tertia facie effeminatꝰ: trufator: assimilatur mulieribꝰ in debilitate: pigritia ⁊ loq̄la: vestibꝰ: ⁊ in se limpidādo. ¶ In oibus partibꝰ Capricorni dñs regni: nobilitatis: victorie dñij victor suoꝝ hostiū: se de rebꝰ fortibꝰ de q̄bus timent hoies intromittit. ¶ In prima facie Aquarij vadit ponēdo rixas ⁊ mouet malos vt hoibꝰ fiat malū. ¶ In scḋa facie eq̄tat bestias mouet bella ⁊ iterfectiōes: inimicos inuadit: ⁊ malis seruit ⁊ dirigit equos. ¶ In tertia facie cecatꝰ: de membris dānatus: nō hꝫ in se potentiā faciēdi bonū vel maluꝫ. ¶ In prima facie Pisciū diuinator: ioculatiōes diligit: trufari cū mulieribus: ⁊ cū eis iacere ⁊ suas delectatiōes seq. ¶ In scḋa facie victor: ⁊ ꝑ viꝫ hoiuꝫ iterfector: ⁊ sine rōne. ¶ In tertia facie facit miracula ⁊ mirabilia ⁊ res que timētur ⁊ nominantur. ¶ De Venere.



Enus est frigida ⁊ humida nocturna: fortūa: hilaris gaudiosa: apparētie bōe: ꝑsona lipidata limpida: formosa: diligit ioculatiōes: cātatiōes: comestiōes: potatiōes ⁊ vitia: māsueta ⁊ pauci motus: mulieꝝ significatrix ⁊ iacēdi cū eis: amoris amicitie ⁊ societatis Recipit Martē per nām fornicatiōis ⁊ lipidamēti qḋ hꝫ in eo: abhorret ipm̄ ꝑꝑ ꝯtrietatē nāe sue q̄ est caliditas ⁊ siccitas: separ se ab eo: ⁊ malū ⁊ ifortuniū eiꝰ retrahit a se ipsa ꝑꝑ mansuetudinē: bona verba: solatiū bonū: ⁊ māsuetā loquelā. Concordat cū Saturno in frigiditate ⁊ ꝯueniētia quā hꝫ cū ea in Libra q̄ est domꝰ vnius ⁊ exaltatio alterius. Et discordat cū eo in moribꝰ tristitijs: ⁊ doloribꝰ suis: ⁊ eo q̄ est visus modici cū mulieribus. ¶ Status Veneris cuꝫ statu solis est sīlis statui mulieris versus viꝝ: q̄ qñ iacet cū ea eijcit hūiditatē suā: ⁊ ꝑ hāc rōnē ē ipsa significatrix pluuiaꝝ nubiū ⁊ himbriū: qm̄ dicūt sapiētes q̄ qñ Venus retrogradat᷑: ⁊ sol est in Aquario Capricorno aut Piscibus hyems illꝰ anni erit hūida ⁊ pluuiosa. Et si retrogradat᷑ qñ sol est in Ariete aut Tauro erunt pluuie ⁊ hūiditates in vere illius anni ꝑꝑ retrogradationē Veneris q̄ est in illo tꝑe ⁊ ꝑꝑ accessum eiꝰ ꝯ solē ac ꝓpinquitatē ad eū ⁊ ipsius introitum sub corpore ac radijs solis. ¶ Venꝰ est bone volūtatis saporosoꝝ verboꝝ libera ⁊ māsuetoꝝ dictoꝝ. Eius magr̄ia ⁊ sapiētie sunt in faciēdo cantus ꝯcordādo sonos: tāgēdo instr̄a: tābuꝝ: tubas ⁊ his sīlia. Plerūq; sigt̄ pulchre scribere si Mercurius cū ea participat in aliq̄ re q̄ Mercurij ē scribania: ⁊ Veneris figurare ⁊ picturare ⁊ manus subtilitatis ⁊ magr̄ij: nō pōt sufferre malū: irā: rixā: nec infortuniuꝫ pro eo q̄ eius nā est mulieꝝ. Et quicūq; hꝫ effeminatā nām sufferentiā nō hꝫ: anxiat᷑: dat᷑ sibi tristitiā ⁊ dolorē pro modica re q̄ accidat sibi. ¶ Hꝫ magnā significationem in nutritiōe natorum infātiū ⁊ sua fortuna: qm̄ qñ vicit ⁊ hꝫ potētiā ⁊ dñiuꝫ i aliq̄ natitate et fuerit in eadē natitate apparibilis et firma: et apparētiū demōstrationū erit ille natus multū fortunatꝰ: magne fortune: m᷑te sb̄e: magnaꝝ diuitiaꝝ: bone fame alti nois. laudatus et amatꝰ ab oibꝰ q̄

viderint eū ⁊ audiuerint loq̄ de illo. ¶ Qn̄ fuerit in omnibus ptibꝰ Arietis est tristis: dolorosa anxia paup: defectiua euenlūt ipedimēta sibi occasiōes: grauamina ⁊ cogitatus. ¶ In oibꝰ ptibꝰ Tauri multū nobilis ⁊ alta. magni nois ⁊ fame ⁊ alti status circa reges ⁊ suos filios: ⁊ circa nobiles altos ⁊ dn̄atores. ¶ In oibus ptibꝰ Geminorum bone volūtatis pietosa: bonū ꝓcurat hoibus: itromittit se facere bonū debilibꝰ paupibꝰ ⁊ anxijs. ¶ Qn̄ fuerit in oibus partibꝰ Cācri diligit deportare se: comedere ⁊ bibere cū hoibꝰ: amat alʒofar: ⁊ lapides p̄ciosos: maneries limpidamētoꝝ ⁊ pānos. ¶ In oibꝰ partibꝰ Leonis est mēbris damnata: paup: defectiua: maloꝝ factoꝝ: ⁊ diuerse forme ac nature. ¶ In oibus ptibꝰ Virginis dolorosa: anxia tristis dn̄atoꝝ mēbroꝝ: associat paupibꝰ egentibꝰ ac hn̄tibus mēbra dānata. ¶ In oibꝰ ptibus Libre dn̄a militiaꝝ ⁊ iudicatuū: armoꝝ ⁊ apparatuū: inuadit inimicos cū militibus armis ⁊ guarniamētis. ¶ In oibus partibꝰ Scorpionis amat iterfectiōes: rixas ⁊ maleficia: petit res suas ꝑ vim quā facit tenētibꝰ eas. ¶ In oibꝰ ptibꝰ Sagittarij diligit trahere de balista: bastiludere: ⁊ torneamēta. ¶ In oibꝰ ptibꝰ Capricorni diligit ioculationes: biberet iebriari: bone stature honestatē: canere: res formosas viris ⁊ societatē. ¶ In oibꝰ ptibꝰ Aquarij diligit venari ⁊ sequi: tenere falcones: astures ⁊ aquilas. ¶ In oibꝰ ptibus Pisciū est rex doctus ⁊ sapiēs: magni regni: ⁊ ꝯpleti dn̄ij: facit res suas ꝑ sensum ⁊ cōsiderationē: gubernat regnum ⁊ pplm suum ꝑ sapiam: scias: ⁊ bonos mores ⁊ laudatos.

¶ De Mercurio.



Facies athazir pti patris et pti mr̄is: et facies athazir soli de die ⁊ saturno de nocte ꝓ pr̄e: ⁊ lune ac veneri ꝓ matre: ⁊ hoc athazir dirige ꝑ gradus ascēsionū ad quartas ⁊ oppōnes dādo cuilibet gradui annū vnū ⁊ quis eorum applicuerit ad gradum infortune interficientis: accidēt ei īpedimētum ⁊ destructio illo anno. Qn̄ iuppiter fuerit in 4ᵃ domo: sigt̄ p eiꝰ ꝓprietatē bonū abscōditū qd̄ hꝫ natus ꝓsperitatē coopertā: ⁊ sigt̄ ꝙ hēbit amissionē ⁊ depressionē in medio vite sue: ⁊ postea versus finē hēbit bonū ⁊ fortunā ⁊ moriet̄ bona morte. Et si 4ᵃ domꝰ fuerit scorpio ⁊ luna ibi fuerit: sigt̄ ꝙ mater eius est serua sine aliquo dubio ⁊ ꝙ ipa mala morte morietur. Et si sol ibi fuerit vice lune: sigt̄ ꝙ pater eius est seruus. Et si saturnus ibi fuerit iūctus cū aliquo eorꝫ: sigt̄ ꝙ natꝰ nūq̄ hēbit filios ⁊ domꝰ eius destruet̄: ⁊ nullū hēbit bonū. Et si saturnus: mars: ⁊ venꝰ ibi iūcti fuerit: sigt̄ ꝙ mulieres eiꝰ morient̄ de partu: vel demoniace: aut de dolore. Et si venꝰ ibi sola fuerit: sigt̄ ꝙ male copulabit̄: ⁊ ꝙ versus finē vite sue hēbit getē ⁊ bonā fortunā ⁊ altitudinē: ⁊ cōmiscebit̄ nobilibꝰ ⁊ altis: ⁊ hēbit multas diuitias: leticias ⁊ gaudia: tn̄ accidēt sibi īfirmitates. Et si fuerit signū fixū eius fortuna ex pte mulierꝫ erit ei melior. Et si fuerit signū mobile vel cōe: erit bene ratiocinatus: sapiēs in deceptionibꝰ: ⁊ ex pte mulierꝫ accidēt sibi dāna. Et si fuerit ex signis sterilibꝰ ⁊ luna in eius opposito: sigt̄ ꝙ natus erit sterilis ⁊ aget cū masculis. Et si mars fuerit ibi: sigt̄ infirmitatē ⁊ egemena ac debilitatē: ⁊ hēbit apostemata que dr̄r porcelli: ⁊ icident̄ ferro: ⁊ sp cū fecerit bonū nō gratiscet̄ ei: ⁊ hoc si fuerit d̄ die tn̄ si de nocte: sigt̄ ꝙ erit heremita: vel morabit̄ in locis separatis ⁊ piculosis: vel erit hō q laborabit cū armis corāꝫ rege: sicut ludere cū ensibꝰ ⁊ cutellis. Et si luna ibi fuerit ⁊ infortune aspexerint: sigt̄ ꝙ accidēt nato īfirmitates: vl' capiet̄ ꝓ facto abscōdito qd̄ cōmisit: ⁊ ad s̄uitutē reducet̄: ⁊ morient̄ mulieres ⁊ filij ac sepeliet eos. Et si fortūe ibi aspexerit de rebꝰ abscōditis bonū hēbit. Et si signū fuerit aries vel scorpio: ⁊ īfortune lunā aspexerint: maxie mars morietur mala morte. Et si fuerit i hac domo saturnꝰ i domo vel exaltatiōe iouis: sigt̄ ꝙ natꝰ inueniet res subterraneas de manerie thesaurorꝫ: vel qd̄ his assimilat̄: ⁊ sepabit se a parētibꝰ suis: accidēt ei egemēa: ⁊ mortē filiorꝫ suorꝫ videbit. Et si mercuriꝰ ⁊ venus aspexerint ibidē: ⁊ idē genitalia icident̄. Et si in hac domo fuerit sol cū eo qd̄ diximus: erit derobatus. Et si saturnus ibi fuerit solus de die: sigt̄ ꝙ natus hēbit poᵐ: dominiū: ⁊ de manu regia: ⁊ erit thesaurorꝫ custos ⁊ ꝯfidēt hoies in eo deponēdo sibi sua. Et si fuerit ibi de nocte: sigt̄ ꝙ patrū pdet̄ sbā: ⁊ erit natus laboriosus in pueritia sua: ⁊ accidet ei paralitica īfirmitas: vel qd̄ ei assimilat̄. Et si aspexerit eū luna de opposito vel 4ᵃ: sigt̄ ꝙ habebit filiū: vel erit pedagogus: ⁊ sibi accidēt īfirmitates i mēbris spūalibꝰ ⁊ dolor in stomacho: ⁊ īfirmitates lōge: ⁊ copulabit̄ serue. Et si luna fuerit in 4ᵃ domo non in domo nec exaltatiōe iouis: ⁊ ibi aspexerint infortune: sigt̄ ꝙ natꝰ nō hēbit potētiā nec fortunā: ⁊ ꝙ sbā parētū pdet̄. Et si venus fuerit i 4ᵃ domo ⁊ aliq̄ īfortunarꝫ aspexerit eā: sigt̄ ꝙ vxor pr̄is moriet̄ anteq̄ pater. Et si signum fuerit mobile: sigt̄ ꝙ pr̄ hēbit alias vxores ⁊ sepeliet eas. Et si se ibi cōiūxerint venus ⁊ mercurius: sigt̄ bonū ⁊ securitatē pro nato ⁊ malū ac dānū pro statu parētū ⁊ fratrū suorꝫ. Et si cū h̄ fuerit mercurius pegrinus ⁊ in aspectu martis: faciet ꝯiugiū cū nigromātica muliere. Et si cū hoc fuerit domus vl' exaltatio iouis: vxorabit̄ cū muliere corrupta: ⁊ hēbit filios: ⁊ nutriet filios alienos egemēatos. Et si saturnꝰ ⁊ mars ibi fuerit sine aspectu iouis ⁊ veneris: sigt̄ ꝙ nō adiplebit̄ petitio vlla. Silr̄ sigt̄ anxietates labores īfirmitates egemena icisionē ferri: mortē malā ⁊ depopulationē domus sue. Et si sol fuerit ibi cū eis: sigt̄ ꝙ pater moriet̄ i cōtinēti. Et si luna vice solis ibi fuerit cū eisdē: nato ⁊ eiꝰ parētibus pauptatē sigt̄. ⁊ ꝙ parētes eiꝰ statī morient̄. Et si 4ᵃ domꝰ fuerit cācer vel capricornꝰ ⁊ venꝰ ibi fuerit: sigt̄ ꝙ vxorabitur cū meretrice: ⁊ debitū faciet̄ occasiōe ipsiꝰ. Et si caput fuerit in 4ᵃ domo cū Joue ac venere ⁊ sol ⁊ luna ibi aspexerint: nato sigt̄ ꝓprietatē benedictionē ⁊ fortunā. signat etiā populationē ⁊ benedictionē domui in q̄ natꝰ est. Et si sol fuerit ibi cū capite: nobilitatē pr̄is signat ⁊ modicā vitā nato. Et si fuerit ibi venꝰ luna ⁊ caput: signat ꝙ natꝰ erit astrologus ⁊ ex h̄ lucrabit̄ sbāꝫ multā. Et si ibi fuerit Juppiter in suo haiz natꝰ erit nobilis vel aiarꝫ ductor aut mercator bestiarꝫ: vel aialiū siue pastor: vel custos aialiū nobiliū hominū. ⁊ erit iustus. ⁊ exaudiet̄ orō sua. ⁊ forte p̄dicet futura: aut forsitan dn̄ium hēbit de domibus orōnis. ⁊ finis vite sue melior: erit q̄ꝫ principium. Et si ibi fuerit in suo haiz significat depressionē nati in pueritia sua. ⁊ quāto magis in diebus ꝓcedet: tāto magis exaltabit̄. ⁊ ascēdet bonū ⁊ fortuna ipsius. Et si mercuriꝰ ibi fuerit pegrinꝰ: sigt̄ ꝙ hēbit multaꝫ substantiam pro thesauro quem inueniet: vel pro ope abscōdito qd̄ faciet: aut habebit sup cāp sores dn̄ium. Et si saturnus ⁊ mars aspexerint eū: hēbit sociū ꝯdicenteꝫ ei ⁊ cōm cū eo ⁊ imittet ei timoreꝫ. Et si mercuriꝰ fuerit ibi oriētalis signat ꝙ erit hō cui detegent̄ magna secreta ⁊ celata. Et si fuerit ibi cauda Juppiter ⁊ venꝰ: sigt̄ ꝙ euadet natꝰ ab oi malo. Et si fuerint ibi sol et luna ꝯiūcti: signat ꝙ parētes morient̄ mala morte: vl' cecabunt̄: aut cadēt ab alto. Et si fuerit i ascēdēte et lūa a 4ᵃ domo: sigt̄ nato magnū dn̄iū multā sbam et fortunā et forte rex erit. Qn̄ saturnus fuerit sigtor patris: et fuerit i domo solis et in bono statu et natiuitas fuerit nocturna: h̄ non facit dānū patri: imo sigt̄ ei meliorationē status et sue fortune. Qn̄ luna i natiuitate fuerit ad oppōnē ⁊ fuerit in angulis: sigt̄ ꝙ pr̄ hēbit rixas et cās qbꝰ opꝫ se p̄sentare corā rege. Et si cū hoc fuerit in ascēdēte vel 10ᵃ domo ipse victor erit. Et si ita nō fuerit erit victꝰ: et plus ēt q: secreta eiꝰ detegent̄ et oia q̄ hꝫ tꝫ coopta et ēt oia q̄ fecit vel faciet. et sp cū oppō solis et lune. aut ꝯiūctio in angulis fuerit. Et qn̄ luna et sol fuerit in aliq̄ reuolutiōe h̄ mō: ꝯtinget hoc idē iudiciuꝫ reuolutiōis in illo anno eidē nato vel patri aut ambobus. Qn̄ dn̄s 4ᵉ domus fuerit in ascēdēte: signat ꝙ natus erit melior oibꝰ sue ꝯplis. et erit parētū suorꝫ ornator. et bn̄factor eis et ꝯsāguineis suis: et hēbit dn̄iuꝫ sup ꝓgeniē suā. Et si dn̄s 4ᵉ domꝰ fuerit i 2ᵃ domo parētes hēbūt diuitias et bonū statū: et natus erit magis honoratꝰ fribꝰ suis de pr̄e et mr̄e. Et si fue/

rit in 3ª domo hēbit frēs de qbus pr̄ ipedimentū hēbit. Et
si in 4ª erit hō cognitus hiturus nomē inter hoīes. Et si in
5ª pr̄ erit diues ⁊ abundās sba ⁊ nat⁹ hēbit filiū hēditatū
suū. Et si i 6ª pr̄ nati erit vilipēsus ⁊ depssus. ⁊ nō noiat⁹ nec
cognit⁹. Et si i 7ª pr̄ nati erit de malis hoīb⁹ ⁊ malo noie. ⁊
nat⁹ hēbit odio prēz ⁊ fiet inimic⁹ eidē. Et si i 8ª pr̄ modicā
vitā hēbit. ⁊ mr̄ de ptu forsitan morieť. ⁊ nat⁹ morieť cΣ lo
cū suū. Et si in 9ª pr̄ erit hō icognit⁹ extrane⁹ ⁊ cecabiť ⁊ ma/
la morte. Et si in 10ª domo: pr̄ erit not⁹ regi ⁊ ascēdet i ho/
norē ac bonū. Et si in 11ª domo pr̄ modicā vitā hēbit ⁊ ma
lū statū in vita q̄ viuet stati cū nat⁹ fili⁹ fuerit ⁊ postmoduz
exaltabiť. Et si dn̄s 4ª dom⁹ fuerit i 12ª domo: erūt parētes
ei⁹ extranei remoti a locis suis a qb⁹ ꝑ malo statu ⁊ idigē/
tia recesserūt ⁊ forte igredienť ordinē. ⁊ nat⁹ forsitā i loco
extraneo morieť. ¶ Et qn̄ sol ⁊ luna ⁊ ps patrū fuerit cuz
marte: vl' aspexerit eū de 4ª vel oppōne ⁊ dn̄i locoꝝ suoꝝ
ifortunati. iudica ꝙ pr̄ morieť illo āno. Et si hō ꝯstellatio/
nē inueneris in reuolutiōe alicui⁹ anni: iudica silr̄ ꝙ paren/
tes nati morienť illo anno: maxie si aliqͦd luiariū fuerit in
domo parētū. Et si luiaris fuerit ifortunata ⁊ iūcta cū mar
te. ⁊ ps patrū ⁊ ei⁹ dn̄s fuerit i bonis locis. ⁊ i aspectu for/
tunaꝝ de bonis locis: iudica ꝑ ifortuniū solis ꝙ pr̄ hēbit
malū ⁊ dānū ex pte regia. Et ꝑ ifortuniū lune: iudica ei ma
lū ⁊ dānū pp ifirmitates sui corpis hituꝝ: maxie si reuolu/
tio diurna fuerit ⁊ mars aspexerit solē. vl' si fuerit noctur/
na ⁊ saturn⁹ aspexerit lunā: aut ꝙ sit cū ea in radice natiui
tatis. Et si sol ⁊ luna ifortunati fuerit i domo 7ª vel 4ª per
ꝯiūctionē ifortunaꝝ vl' ꝑ q̄rtā aut oppōnē eaꝝ. iudica pa/
rētes illo anno morituros. maxie si luiaria fuerit in radi/
ce natiuitatis ifortunata. ⁊ ps pāis silr̄ in reuolutiōe infor/
tunata: qꝛ tūc erit iudiciū efficati⁹ ⁊ firmi⁹. Et si h̄ ifortuni
uz fuerit i sole da iudiciū pr̄i. ⁊ si lūa. da iudiciū mr̄i. ¶ Di
xit hermes: 4ª dom⁹ est fouea planetaꝝ. qm̄ est in fūdo cir
culi celi ⁊ ifirmitate. ⁊ est in 3ª. 12ª dom⁹ q̄ ē dom⁹ tenebraꝝ
laboris anxietatis ⁊ carceꝝ. ⁊ ē gaudiū ifortune maioris.
Et est in sextili 6ª dom⁹ q̄ ē dom⁹ tenebrosa ⁊ ifirmitatis ⁊
dāni. ⁊ gaudiū ifortūe minoris. ¶ Qn̄ aliqs planeta fue/
rit in 4ª domo i suo casu: est sicut hō est in solicitudie suffo
catus: donec exeat inde ⁊ ꝑ motū maiorē vadat ad tertiaz
domū q̄ est gaudiū lune. ⁊ ꝑ motū ei⁹ vadat ad qntā domū
q̄ est gaudiū veneris. Et qn̄ erit ide ad q̄rtis ptē: ē sicut hō
mortu⁹ q de fouea surrexit. ¶ Qn̄ duodenaria iouis fue
rit i ascēdēte alicui⁹ nati: sigt̄ nobilitatē parētū ei⁹ ⁊ ipsoꝝ
potētiā. Qn̄ ps parētū fuerit in h̄ loco: sigt̄ illō idē. Et si si
gnū i h̄ fuerit feminū: da iudiciū mr̄i. Qn̄ ps fortūe fuerit
ifortunata. vl' in signo masculino cōbusta: iudica ꝙ pr̄ ꝓus
morieť q̄z mr̄. Et si hec ꝯstellatio fuerit i sig̃ feino mr̄ morie
tur an̄q̄z pr̄. Qn̄ radij saturni de quocūqꝫ aspectu. vel ꝯiū
ctione applicuerit ad ptē patris anteq̄z ad ptē mr̄is: iudica
ꝙ pr̄ morieť an̄. Et si dicti radij applicuerit ad ptē mr̄is an
teq̄z ad ptē pr̄is mr̄ morieť an̄. ¶ Pars pr̄is accipiť de die
a sole i saturnū ⁊ de nocte ꝯ̄rio ⁊ ꝓijciť ab ascēdēte. Et si
Satur. fuerit sub radijs accipiť i die a sole in iouē ⁊ de no
cte ꝯ̄rio ⁊ ꝓijciť ab ascēdēte. ¶ Para mr̄is accipiť ð die
a venere i lunā ⁊ de nocte ꝯ̄rio ⁊ ꝓiciť ab ascēdēte. Et qn̄
ps pr̄is fuerit ab ifortunis aspecta sigt̄ mortez pr̄is. Et qn̄
ps pr̄is ⁊ ps mr̄is fuerit i āgulo occidētis: sigt̄ paupertatē
⁊ seruitutē illi⁹. s. cui⁹ ps fuerit ibi. Et h̄ idē sigt̄ in 8ª domo
nisi Sol aspexerit eā. ⁊ cū h̄ toto: sigt̄ puā durabilitatē pa/
rētū: ⁊ ꝙ cito morienť. Silr̄ si ps pr̄is fuerit i 2ª vl' in 6ª aut
8ª siue 12ª idigētiā ⁊ paupertatē pr̄is sigt̄. Aspice ad 7ª domū
a pte pr̄is. ⁊ si dn̄m ei⁹ iūctū inueneris cū dn̄o ptis pr̄is: in/
dica ꝙ pr̄ diligit vxorē ⁊ cognatos ei⁹. Et si dn̄s ptis pr̄is
fuerit sup terrā ⁊ dn̄s ptis mr̄is sub terra: iudica ꝙ mr̄ ꝓus
morieť q̄z pr̄ ⁊ si ꝯ̄rariū fuerit ꝯ̄rariū iudica. Et si dn̄i ipsaꝝ dua
rū ptiū ambo sup terrā fuerit. vel sub terrā. aspice cui eoꝝ
sol fuerit eleuat⁹ a sua 10ª. ⁊ sup eū iudica ꝙ ipse pri⁹ alte/
ro morieť. Et si ambo i vno sig̃ ⁊ gradu fuerit: aspice dn̄m
termi sui ⁊ si inueneris eū ifortunatū i sig̃ masculino: iudica ꝙ
pr̄ citi⁹ morieť. ⁊ si i feino mr̄. Qn̄ ps pr̄is fuerit i termino
martis de die: vl' termio saturni ð nocte. ⁊ Satur. vl' mars
ille. s. c⁹ fuerit termin⁹ aspexerit eū ð 4ª vl' oppōne sine aspe
ctu alicq̄ iouis vl' veneris: accidēt pr̄i ꝑ filio dānū ⁊ laboꝛ
⁊ forte pp eūdē natū destrueť villa: vl' termin⁹ toti⁹ eiusdē
ville. Et si sol fuerit vice ptis i ꝯstellatiōe p̄dicta nat⁹ ipse in
terficiet prēz suū. Et si ps mr̄is fuerit i ꝯstellatiōe p̄dcā dā
nū ⁊ malū pp filiū accidet mr̄i. Et si lūa fuerit vice ptis fili⁹
idē iterficiat mr̄ez. Et si aliqs dn̄oꝝ istaꝝ ptiū fuerit in 11ª
domo ab ascēdēte. nati sigt̄ ꝙ erit inimic⁹ sui pr̄is ⁊ sue ma
tris maxie si dn̄s ascēdētis fuerit i opposito dn̄i dom⁹ ptis
vl' in 12ª ei⁹. Et qn̄ h̄ ps fuerit: vl' ei⁹ dn̄s i āgulis. sigñat no
mē altitudinē ⁊ altū g̃dū. Et si dn̄s dom⁹ solis fuerit i āgu/
lo: maxie i ascēdēte. vel 10ª domo hēbit dn̄iū ⁊ altitudinez
pr̄. Et si ps ⁊ ei⁹ dn̄s fuerit fortunati: sigt̄ bonū statū pr̄is
in vita ⁊ victu suo. Et si fuerit cū dn̄o 4ª dom⁹ infortunati.
malū statū i ifirmitate pr̄i sigt̄ ⁊ laborē. Et scias ꝙ 10ª do.
ab ascēdēte nati erit sigtrix eē mr̄is nati ⁊ 4ª dom⁹ eē pr̄is.
Silr̄ aspice i eē mr̄is sic aspexisti a pte pr̄is eq̄lr̄. Et qn̄ dn̄s
termi sol. vl' dn̄s termi lūe fuerit sub radiis vel i alicq̄ malo
rū locoꝝ: sigt̄ paupertatē ⁊ malū statū parētū. Sol i h̄ ē sig̃/
toꝛ pr̄is ⁊ lūa mr̄is. ¶ Dixit albesen fili⁹ albesꝗeb q̄dā die
cū eēz cū abolabeş. ⁊ fuit cū h̄ merdefo: vēit ad me qdā se/
nex ⁊ ðdit mihi chartā vnā i q̄ scripta erat figura vni⁹ na/
tiuitatis. ⁊ dixit mihi ꝙ aspicerē i eadē figura. Et ego q̄siui
ab eo: c⁹ erat figura seu natitas: q rn̄dit ꝙ erat cuiusdā filij
sui. ⁊ dū aspicerē ⁊ cogitarē i ea: abolabeş accepit eā ð ma
nu mea ⁊ alicq̄ztulū aspexit i ea ⁊ dixit. h⁹ qͦd i hac natitate
iudicare ðbem⁹ ē ꝙ nat⁹ iste ort⁹ ē ð adulterio ⁊ qꝛ nō ē fili⁹
illi⁹ q dic̄ ꝙ ei⁹ fili⁹ ē. Ego dixi vn̄ hēs h̄. Et ipe rn̄dit. senex
iste dic̄ ꝙ h̄ natitas ē filij sui. ⁊ pr̄ nati c⁹ h̄ ē natitas iā sunt
4ᵒʳ āni ꝙ decessit. ⁊ obijt eodē āno q̄ nat⁹ ort⁹ fuit. Et ego
q̄siui vn̄ hr̄et h̄. Et ipe dixit. ego aspexi ad gradū ptis pr̄is
⁊ inueni eū i opposito martis. ⁊ non erat iter eos plus vno
g̃du. ⁊ inueni ptē in 11ª domo ab ascēdēte q̄ ē 8ª a 4ª ⁊ dom⁹
morꝗ pr̄is ⁊ erat iter ptē ⁊ saturnū q̄d⁹ vn⁹ ⁊ pp qͦd iudicaui
ꝙ pr̄ h⁹ nati āno q̄ fuit ort⁹ nat⁹ ðcessit. ⁊ h̄ senex dic̄ ꝙ ē fi/
li⁹ ei⁹. vn̄ nat⁹ adulterin⁹ ē. Tūc dixit senex ego nō sū pr̄ h⁹
nati: s̄z ē nepos me⁹ fili⁹ filij mei: ⁊ fili⁹ me⁹ pr̄ eius decessit
eodē anno natiuitatis isti⁹ sicut hic hō bonus nunc dixit.

¶ Cap. 17. i qnta domo ⁊ suis sigt̄iōib⁹ i sciēdo statūślioꝝ.



Pinio Ptolomei in h̄ ē: qꝛ dic̄ ꝯuenit ibi aspi
cere in eē filioꝝ a planetis existētib⁹ in 10ª ⁊
11ª domo ⁊ a planetis existētib⁹ in opposito
hoꝝ locoꝝ ꝑ aspectū: ⁊ accipies sigñiones a
luna ac venere i sciēdo si hēbūt filij ⁊ si multi
erūt. Et a sole: marte: ⁊ saturno sigñatiōes accipies i scien
do si nō hēbunť filij vel si pauci erūt: ⁊ pone mercuriū pri
cipē cū eis cū qb⁹ ꝯueniētiā hūerit i figura ex his duabus
ptibus. Et qn̄ fuerit oriētalis: dabit filios: ⁊ qn̄ occidētalis
filios ꝓhibebit. Et qn̄ h̄ mō planete fuerit ⁊ sepati: sigñat
ꝙ ipse solus erit. Et qn̄ fuerit in signis cōibus feinis nati
erūt duo. Silr̄ si fuerit in signis multoꝝ filioꝝ: sicut piscis
cācer: ⁊ scorpio: nati erūt duo vel plures. Et si planete fue
rint masculini. ⁊ i signis masculinis: ⁊ i statu ꝯueniēte ma/
sculinitati erga solē nati erunt masculi. Et si planete fuerit
feini ⁊ i signis feinis ⁊ i statu ꝯueniēte feminitati erga so/
lē: nati erunt femine. Et si ifortune fortes fuerit sup eos: ⁊
i signis sterilib⁹: sic leo ⁊ v̊go: nasceť ei filij tn̄ nō ꝓ bono
nec nasciť res durabilis. ¶ Et dicūt alij sapiētes sine Pto
lemeo. Aspice i h̄ signū 5ª dom⁹ ⁊ ei⁹ dn̄m i venerē ⁊ iouez:
ac ptē filioꝝ ⁊ ei⁹ dn̄m ac dn̄os triplicitatis iouis. ⁊ aspice
qs eoꝝ hūerit mai⁹ posse: ⁊ dominiū i hac sigñatiōe: ⁊ si il/
lū inueneris i sig̃ multoꝝ filioꝝ. ⁊ saluū ab ifortunis ⁊ aspi/
ciētē ascēdētē: maxie qn̄ domin⁹ ei⁹ fuerit i alicq̄ āguloꝝ: vl'
in succedēti:

in succedētí:h erit multoꝝ sigñio filioꝝ. Et si fuerit i sig ste
rili ⁊ ifortunat⁹ ⁊ Juppiter cōbust⁹ fuerit. ⁊ ven⁹ dānata:
sigt ꝙ nat⁹ erit sterilis:nec hēbit filiū aliquē:Et si dñs ascē
dētis applicuerit dño 7ᵉ dom⁹:sigt ꝙ hēbit mltos filios le
gitimos ⁊ hidē erit:si dñs 7ᵉ applicuerit dño ascēdētis.Et
si h applicatio fuerit iter dñz ascēdētis:⁊ dñz 6ᵉ dom⁹:ma/
ior ps filioꝝ erit ꝺ ꝯcubinis.Et iudica multitudinē filioꝝ a
ioue ⁊ venere:⁊ paucitatē a Satur.⁊ marte.⁊ medioerita
tē a sole:lūa:⁊ Mercu.Et qñ sol testificat⁹ fuerit sigtori:fi/
lioꝝ ⁊ dñi triplicitatis iouis fuerit i bōis locis figure:sigt
multos filios ⁊ ꝙ gaudebit ꝺ ipsis.Et qñ vn⁹ dñoꝝ tripli
citatis iouis fuerit i bono loco ⁊ alij i malis locis:sigt ꝙ
nat⁹ hēbit filios:tñ accidēt ei gauamina ꝑ eisdē.Qñ fuerit
dñi triplicitatis iouis cadētes ab āgulis:vl' sub radijs sol'
sigñt paucos filios:maxie si Jup.cū h fuerit sub radijs.Qñ
iuppit' vl' Mercu.fuerit i domo vl' exaltatiōe sua i aliq an
guloꝝ vl' succedētib⁹.⁊ dñi triplicitatꝫ eoꝝ i bōis locis ab
ifortūis liberi.⁊ dānamētis lipidi:sigt ꝙ nat⁹ hēbit mltos
filios ⁊ gaudebit de eis.Aspice ad ptē filioꝝ ⁊ ei⁹ dominū
⁊ qs plāetaꝝ iūgit':aut cōmiscet' cū eo de q̄cūqꝫ cōmixtiōe
⁊ aspice posse locoꝝ suoꝝ ⁊ statū suū i po° ⁊ ꝺbilitate ac for
tuna:⁊ ifortuna ⁊ iudica ꝧm illꝺ.Qñ ps filioꝝ fuerit i āgu
lis vl' succedētib⁹:sigt mltos ⁊ bonos filios q viuēt ⁊ ibūt
ad bonū.Et quādo fuerit i locis cadētib⁹:maxie in his q̄
nō aspiciūt ascēdēs:sigt paucos filios:⁊ ꝙ cito morient'.Et
quādo ps nō aspexerit aliquē plāetaꝝ:sigt ꝙ nat⁹ erit do/
lorosus ⁊ tristis pp filios:⁊ ꝙ ꝑmogeīt⁹ morient' aut nascet'
mortu⁹ de vētre mrīs sue:⁊ postea patient' grauamē.Quā/
do i oppo° ptis filioꝝ:vl' ei⁹ 4ᵉ fuerit aliq fortūa:sigt ꝙ na
tus hēbit filios.Et si i oppo° ptis:aut 4ᵉ:vl' i ei⁹ ꝯiūctione
corpali fuerit aliq ifortūa:sigt ꝙ nat⁹ hēbit paucos filios
⁊ q̄s hūerit morient'.Quādo ven⁹ a Satu. ifortūata fuerit
⁊ aspexerit ptē filioꝝ ab aliquo āguloꝝ ⁊ nō aspexerit eā.
Jup.nat⁹ hēbit paucos filios:vl' erit sterilis:maxie si cū h
lūa fuerit ifortūata.Quādo Jup.ven⁹ ⁊ Mer.ab ifortūis
⁊ retrogradatiōib⁹ liberi fuerit nat⁹ hēbit multos filios.
Et si ifortunati fuerit vl' i casib⁹ suis a domo vl' exaltatiōe:
aut sb radijs:nat⁹ filios nō hēbit.⁊ si hūerit:morient'.Quā
do in 5ᵉ domo fuerit aliq fortuna ⁊ dñs 5ᵉ dom⁹ liber ab in
fortunis ⁊ a dānamētis lipidus ⁊ aspexerit mediū celi na/
tus hēbit mltos filios.⁊ viuēt ac ibūt ad bonū. Et quādo
in 5ᵉ domo fuerit ifortuna ⁊ dñs ipsi⁹ dom⁹ cadēs ab angu
lis:⁊ ab ifortūis dānat⁹:paucos hēbit filios:⁊ q̄s hūerit
morient' cito.Qñ Jup.fuerit ifortūat⁹ i aliq āguloꝝ:nat⁹ hē
bit paucos filios ⁊ q̄s hūerit breuiter morient'. Et deterior
oib⁹ āgulis in h ē septim⁹:⁊ h peior est q̄rt⁹.Aspice oibus
natiuitatib⁹.⁊ si iueneris luminaria ifortunata nullū ha/
bentia aspectū fortune:natus habebit paucos filios.

¶ In sciendo tempora quibus filij habebuntur.

Aspice ad planetā q hūerit maius dominiūt
⁊ plures dignitates i sigñatiōe filioꝝ:⁊ si eū
iueneris i pte oriētali:iudica ꝙ hēbit filios i
pueritia sua.Et si eū iueneris i medio celi:hē
bit eos i medio etatis sue.Et si eū iueneris in
4ᵉ vel 7ᵉ:filios hēbit in fine vite sue. Quādo iuppiter i ali
q̄ reuolutiōe ānoꝝ applicuerit ad locū ptis filioꝝ in radi/
ce:vel asperexit eū de 4ᵉ siue oppōne:hēbit filiū illo tpe.Et
silr quādo in reuolutiōe annoꝝ applicuerit ven⁹ ad locuꝫ
ptis filioꝝ i radice:vel aspexerit eā de 4ᵉ vel oppōne:silr fi
liū hēbit illo tpe sigñio tñ iouis i h est maior ⁊ firmior illa
veneris. Silr quādo ān⁹ ꝑuenerit ad signū i quo fuit Jup.
vel ven⁹ in radice:filiū sigt illo anno.Et aspice ad sciēdum
cām filioꝝ planetā habētē dominiū i sigñtiōe filioꝝ:siue sit
vn⁹ vel duo cuiusmodi statū ⁊ cōmixtionē hꝫ cuꝫ domino
ascēdētis.⁊ si vn⁹ eoꝝ fortunat alteꝝ:vl' si seiuicē ifortunāt:
iudica ꝧm ꝯueniētiā vel discordātiā quā iueneris iter eos
aut ꝧm vtilitatē ⁊ dānū qꝺ fuerit iter eos.Quādo Satur.
iūgit' cū pte filioꝝ in vno sig:⁊ nō aspexerit eos Jup.neqꝫ
ven⁹ paucos hēbit filios vel sterilis erit.Et si ps filioꝝ:vl'
Jup.fuerit in signis sterilib⁹:silr sterilis erit natus. Et nō
aspicias in hoc ad aspectū fortunaꝝ:nec ad ꝯiūctionē eaꝝ
qm̄ planeta ꝧm sui nāꝫ opat' in loco suo magis eo q̄ȝ remo
uere possint:nec meliorare fortune:lꝫ recipiat planetā aspi
ciētē eū vel iūctū cū eo.Qñ ps filioꝝ ⁊ domin⁹ domus fi/
lioꝝ:⁊ iuppiter fuerint i āgulis ⁊ in locis fortib⁹.⁊ cū h in
signis aqueis:vel multoꝝ filioꝝ:iudica multos filios illi
nato:⁊ maior sigñio in habēdo multos filios est quādo do
min⁹ ascēdētis applicuerit domio dom⁹ filioꝝ de locis bo
nis ⁊ fortib⁹.Et silr quādo fortuna fuerit i domo filioꝝ ⁊
Luna Joui applicuerit ab aliq anguloꝝ:vl' fuerit domini
triplicitatis dom⁹ filioꝝ in signis cōibus:aut multoꝝ filio
rū.Nā oēs he sigñtiones sūt habēdi multos filios. Et si in
domo filioꝝ fuerit infortūa.⁊ dñs dom⁹ filioꝝ cōbustus
vel sol in domo filioꝝ:nato accidēt occasiōes i filijs:ita ꝙ
sine filio morient'.⁊ abscindet gñationē ⁊ ꝓgeniē suā.Quā
do ps filioꝝ fuerit in ascēdēte:vl' iūcta cū domino ascēdē/
tis ⁊ domin⁹ ptis aspexerit eā:nat⁹ hēbit filios q amabūt
⁊ obediēt ei.⁊ erūt sibi bōi ⁊ erit hoc idē iudiciū si domin⁹
5ᵉ dom⁹ aspexerit dominū ascēdētis:vl' ascēdētē ꝺ bono lo
co:vl' ꝯueniēti aspectu:aspect⁹ tñ 4⁹ sigt ꝙ hēbit filios ꝑ/
uersos q odiēt eū.⁊ ipse eos.Et si domin⁹ 5ᵉ dom⁹ fuerit in
oppo° ascēdētis:aut i oppo° domi sui:sigt ꝙ nat⁹ hēbit cū
filijs rixas cās ⁊ maliuolētiā.Qñ tres sigtores filioꝝ aspe
xerint seinuicē de sextili vl' 3°:aut oēs iuncti fuerint in vno
sig:⁊ aspexerit eos domin⁹ ptis filioꝝ nat⁹ hēbit filios q̄ꝝ
vn⁹ ꝯueniet cū alio ⁊ se diligēt.Et si hij tres sigñatores aspe
xerint se de 4ᵉ vel oppōne filij nati erūt discordes:⁊ se odi/
ent ⁊ dehonestabūt ac iuidebūt ⁊ forte iterficiēt se. Quā/
do ps filioꝝ remota fuerit ab aspectu fortunaꝝ:⁊ aspexe/
rit eā ꝺ 4ᵉ Satu.lꝫ eā recipiat vl' sit ps ꝑdicta i 2ᵉ ab ascēdē
te.aut fuerit ven⁹ Jup.⁊ Mercu.in oppōne suarūmet do/
moꝝ vl' fuerit sol ⁊ Satur.in opposito ascēdētis nato:ac
cidēt occasiōes i filijs.⁊ accidēt ei grauamina ⁊ tristitie rō
ne filioꝝ.⁊ filij q nascent' ei eo citi⁹ morient'.Quādo ps fi/
lioꝝ fuerit in medio celi ⁊ ei⁹ domin⁹ fuerit i bono loco:⁊
aspexerint eā Jup.⁊ ven⁹ ꝺ signis ꝯueniētib⁹ sig quo ipsa
fuerit vl' sit ps i domo fiducie.⁊ Jup.in 5ᵉ domo ab ascēdē
te nat⁹ filios hēbit fortūatos nolatos.⁊ i alto gradu hītu
ros bonū ⁊ honorē a rege ac ab amicis.⁊ ipse gaudebit il/
lis.⁊ ꝑ ipis cōmodū ⁊ honorē hēbit.Qñ dñs domus filio
rū fuerit eleuat⁹ sup dñꝫ ascēdētis:aut sup ascēdēs.⁊ aspexe
rit eū fortūe ac ptē filioꝝ:silr nat⁹ hēbit filios q ꝑualebūt
ei.Et si dñs ascēdētis fuerit eleuat⁹ sup dñꝫ dom⁹ filioꝝ:
nat⁹ erit altior filijs suis.Et h mō iudicabis iter filios ⁊ fi
lias aspiciēdo ptes eaꝝ.⁊ q̄ eaꝝ sup alterā eleuat'.⁊ illi q̄
magl fuerit eleuata:iudica posse nobilitatē diuitias ⁊ fortunā.

¶ In tpe quo natus habebit filios.

Quādo Juppiter applicuerit ad ascēdens vel
dñm dom⁹ filioꝝ:tē tps habēdi filios vl' aspi
ce nūeꝝ graduū q fuerit iter Jouē ⁊ dñꝫ ascē
dētis:vl' qñ sol itrauerit aliquē āguloꝝ:vl' qñ
applicuerit ad ptē filioꝝ:⁊ hec sūt tpa habēdi filios.Et si
domin⁹ dom⁹ filioꝝ fuerit i ascēdēte:hēbit filiū i pueritia
sua.Et si fuerit in 10ᵉ hēbit eū in medio vite. Et si in 4ᵉ vel
7ᵉ habebit eum in senectute sua:vel circa finem suum.

¶ In sciēdo numerum filiorum.

Numer⁹ filioꝝ scient' h mō:aspice duos dños
triplicitatis Jouis:primū ⁊ scꝺꝫ:⁊ quē eoꝝ
fortiorē iueneris ⁊ magis fortunatū:ac i me
liori loco.Aspice quot signa sūt iter eū ⁊ ascē
dēs ⁊ iudica ꝙ tot filios hēbit q̄t signa fuerint.Et si fuerit
iter eos sig^m cōe:da duos.⁊ ꝧm ꝙ fuerit nūer⁹ iudicabis.

¶ Caplm.18.in anforismis coniunctis ex multis libris ad
hoc necessarijs.



Uādo dominꝰ ascēdētis fuerit i 5ᵃ domo: natꝰ gaudebit filijs suis. ⁊ si aspexerit eū aliq̄ ifortūa: dānat eū. Si dominꝰ ascēdētis applicuerit dn̄o 5ᵉ domꝰ natꝰ diliget ⁊ ꝓcurabit hr̄e filios dīturos ꝺ̄ h̄ maximā voluntatē. Si dn̄s 5ᵉ domꝰ applicuerit domīs ascēdētis: multos filios hēbit. Si dominꝰ 5ᵉ domꝰ sepatꝰ fuerit a domīo ascēdētis: morieꝛ eiꝰ filij ⁊ nasceꝛ mortui. Si dominꝰ ascēdētis sepatꝰ fuerit a domīo 5ᵉ eiꝰ filios abhorrebit: eijciet eos: nec faciet eis bonū neq̄ ꝺ̄ ipso bonū hēbūt. ℭ Qn̄ dn̄s ascēdētis fuerit i 11ᵃ domo: paucos hēbit filios ⁊ malꝰ erit eis. Qn̄ sol aspexerit ptē legi: natꝰ filios nō hēbit ⁊ sepabit parētes eoꝝ filijs. Quādo sol aspexerit ptē fortūe: mltos hēbit filios. Quādo ps filioꝝ fuerit i domo saturni: ⁊ eā aspexerit ifortune morieꝛ maiores filij sui. Et quādo fuerit i domo martis. ⁊ eā aspexerit ifortūe morieꝛ filij sui miores. ℭ Quādo ps vsus viri cū mlr̄ere fuerit i vno sig̃ cū mercurio ⁊ i sig̃ masculino: filiū hēbit q̄ suas volūtates seq̄ꝛ. Et si mercurius hāc ptē aspexerit: sig̃t illō idē. Quādo mercuriꝰ aspexerit hāc ptē si fuerit i sig̃ masculino: filiꝰ erit sodomita: ⁊ si in sig̃ feio. ⁊ aspexerit ptē ꝑdictā: fornicabiꝛ cū mlr̄ierībꝰ. ℭ Quādo ps filioꝝ fuerit i 8ᵃ domo: natꝰ filios nō hēbit: ⁊ si q̄s habuerit morienꝛ. Et si saturnꝰ ⁊ mars ibi fuerit: vl̄ aspexerit: filij morienꝛ postq̄ꝫ magni fuerit: aut ipsi vel maior ps eorū iterficieꝛ: vl̄ si fuerit ibi sol cū eis: vl̄ eas aspexerit euadēt ab iterfectiōe: tamē accidēt eis occasiōes i corpe. ℭ Si cauda ⁊ saturnꝰ mars ⁊ mercuriꝰ ibi fuerit cū eisdē: morientur magni filij postq̄ꝫ fuerint in etate ⁊ natꝰ lucrabiꝛ sbam multā ex pte mulierū. Et si iuppiter ⁊ venꝰ ibi fuerit vl̄ aspexerit i hac domo: natꝰ hēbit filiū facturū iter ⁊ nl̄lo tpe rediturū. Et ab hac domo ⁊ 11ᵃ veniūt occasiōes ⁊ mali aspectꝰ 5ᵉ domui. vn̄ i h̄ ꝯsidera. Qn̄ ps filiorū fuerit in vna 4ᵃ ⁊ eiꝰ dn̄s i alia: natꝰ hēbit filios i extraneo loco. ⁊ dispgēt se vnꝰ ab alio. Si ps filiorū fuerit i ascēdēte: natꝰ amabit filios suos multū. Et si in 2ᵃ ⁊ ibi fortunata: filij nati hēbūt diuitias ⁊ magnā sbam. Et si in 3ᵃ hēbūt bonū ⁊ vtilitatē a patruis suis. Et si in 4ᵃ filij multi erūt ⁊ habebūt noia auorū ⁊ auūculorū suorū. Et si cū ea fortūa fuerit ⁊ ipsa ibi fortūata: hēditabūt bōa auorū ⁊ auūculorū. Et si cū ifortuna fuerit ⁊ ipsa ifortunata ibidē: capienꝛ ⁊ icarcerabunꝛ ⁊ eis anxietates accidēt ⁊ labores. Et si ps fuerit in 5ᵃ filij ꝓsperitatē hēbūt ⁊ erūt viriles. Et si in 6ᵃ viuent ⁊ hēbūt suū victū ꝺ̄ bestiarū ⁊ de seruis ⁊ seruabꝰ. Et si i 7ᵃ filij pr̄ez odiēt ⁊ hēbūt cāas ⁊ rixas cū eo. Et si i 8ᵃ ⁊ ibi fuerit fortūata natus dimittet suis sbaꝫ eiꝰ ⁊ ipsi eorū filijs. Et si fuerit ifortunata ibidē paucos sig̃t filios. Et si in 9ᵃ ⁊ ibi ab ifortunis libera: natꝰ hēbit filios iustos ⁊ religiosos ⁊ q̄ bene manutenebūt legē. Et si in 10ᵃ filij lesi erūt in corpibꝰ suis ⁊ faciēt mala facta. Et si in 11ᵃ: filij erūt malorū morū: sicut irati: rixatores ⁊ ribaldi. Et si in 12ᵃ natus habebit paucos filios ⁊ quos habuerunt erunt ei inimici ⁊ eum odient.

ℭ Significationes dominorū triplicitatis quinte domus.



Uādo dominꝰ triplicitatis 5ᵉ domꝰ i ꝑmꝰ fuerit: fortunatꝰ fortis ⁊ receptus. ⁊ in bono loco ac signo multorū filiorū ⁊ in aspectu iouis ⁊ veneris: natꝰ multos hēbit filios bonos ⁊ fortunatos. ⁊ hēbūt diuitum nomē ⁊ altitudinē. ⁊ ipse diliget eos ⁊ hēbit vtilitatē ab eis. Et si fuerit in diuerso statu ab eo qꝺ̄ diximꝰ nato filij morieꝛ. ⁊ ꝓ erit dolorosus ⁊ anxius. ⁊ tristis sup filios suos vl̄ forte sterilis ita q̄ filiū nō hēbit. ℭ Et si scd̄s dominꝰ triplicitat̄ fuerit in ꝑdicto bono statu fortis ⁊ fortunatꝰ marie si fuerit mercuriꝰ natꝰ: erit fortunatꝰ ⁊ lucrator: ac felix i mercimōijs: ⁊ in dādo accipiēdo: emēdo ⁊ vēdēdo ⁊ in h̄ magnū posse hēbit ⁊ ex h̄ ꝑueniet ad dominiū ⁊ nomē. Et si fuerit in diuerso statu ab eo qꝺ̄ diximꝰ: erit laboriosus ꝑꝑ mercimōia: exponet se ꝑiculis: laborabit: nec hēbit vtilitatē ꝺ̄ labore suo nec aliqꝺ̄ lucrū. ⁊ accident ei occasiones ⁊ amissiōes i mercimonijs ⁊ factis suis. ⁊ erit in itineribꝰ depredatꝰ. ℭ Et si 3ᵘˢ dn̄s triplicitatꝭ fuerit fortꝭ ⁊ fortūatꝰ: ⁊ i bono statu queꝫ diximꝰ erit mlr̄ieꝝ amator vitiosꝰ cū eis ⁊ fortūatꝰ i cāis earū. Et si fuerit i diūso statu. forte erit sodomita ⁊ fornicator malꝰ ⁊ i malo mō factꝰ fornicatiōes malas ⁊ turpes. ps filiorū accipiꝛ ꝺ̄ die a ioue i saturnū ⁊ ꝺ̄ nocte ꝯtrio ⁊ ꝓijcitur ab ascēdēte. Ista ps sig̃t filios. ⁊ si erūt masculi vl̄ feie. ⁊ si pl̄es erūt masculi q̄ꝫ feie vel femine plures masculis. Et numerꝰ filiorū ⁊ tp̄s in quo erunt filij accipitur de die ac nocte a Marte in Iouē ⁊ proijcitur ab ascendente.

ℭ Hic ꝑficitur quarta pars libri cōpleti in iudicijs stellarū ⁊ est finis quinte domꝰ ⁊ significationū suarū in natiuitatibus ⁊ deus dipotens ꝑ sempiterna secula sit laudatus.

ℭ Hic incipit q̄nta pars huiꝰ libri ⁊ sunt in ea. 15. capl̄a.

ℭ Caplm̄ ꝑmū in sexta domo in suis significationibus.



Dixit Haly filiꝰ abēragel. Primitus loq̄ volumꝰ i h̄ caᵒ i occasiōibꝰ ⁊ accidētibꝰ q̄ accidēt i spū ⁊ sup ifirmitates spūs. Postea loq̄mur i his q̄ accidūt in corpe ⁊ sunt ifirmitates corpis. Postmodū loq̄mur in alijs sig̃tiōibꝰ hꝰ domꝰ ⁊ i eo qꝺ̄ ꝯuēit. Dico q̄ occasiōes ⁊ accidētia spūs scies a mercurio ⁊ ab eius statu cū lūa ⁊ a statu lūe cū eo ⁊ a statu āboꝝ eoꝝ cū āgulis ⁊ planetis ifortunādi ꝓprietatē habētibꝰ ⁊ nāꝫ: qm̄ quādo mercuriꝰ ⁊ luna nō hūerit vllū aspectū vnꝰ cū altero: ⁊ aliqs plāetarū habētiū nāꝫ dānādi ⁊ ifortunādi: fuerit eleuatꝰ sup eos ābos i horizōta oriētali: vl̄ fuerit i oppoᵒⁿᵉ suor sig̃t q̄ accidēt i factis spūs: occasiōes multe ⁊ de mlr̄tis manerieb̄ꝰ. Scies. n. ⁊ videas illas mārieres a statu ꝓꝑo plāetarū ⁊ a ꝯueniētija locoꝝ suorū sic ꝑdimꝰ: ⁊ ab opibꝰ ꝓꝑis cuilꝫ ifortunātiū plāetaꝝ ⁊ bn̄ possumꝰ noiare ꝑ occasiōe facta spūs q̄ nō habēt rectā ordinationē nec serū. ⁊ illiꝰ q̄ multū remāserit a recta regula: ifirmitates poterimꝰ noiare qm̄ recesserit ab oī ordinatiōe nāe ⁊ hec ifirmitas ē in sensu q̄ ē vna ps spūs. ⁊ hec ps poterit recipe dānū ⁊ occasionē ⁊ has rōnes scies sic nūc dicemꝰ. Dico q̄ demoniaci sūt illi q̄ nō habēt i natiuitatibꝰ suis mercuriū cū lūa i aliquo aspectu nullo eorū aspiciēte ascēdēs ⁊ fortior i natiuitate sua si diurna fuerit q̄ sit saturnꝰ ⁊ si nocturna mars. Et si qs eorū fuerit i āgulis. Et h̄ talis natiuitas ē demonū. Et si hec ꝯstellatio fuerit h̄ mō ⁊ fortior i natiuitate nocturna fuerit saturnꝰ ⁊ i diurna mars: hi tales sūt diabolici. ⁊ ꝓꝑe si sig̃tores isti fortes fuerint i cācro: aut v̄gine: aut piscibꝰ: tamē illi q̄ noianꝛ hr̄e dānū a diabolis ⁊ q̄ habēt multā hūiditatē in cerebris apparētē: sunt quādo ꝑdicta ꝯstellatio fuerit ⁊ ifortūe fortes fuerit sup lunā ⁊ ipsa exeūte ꝺ̄ sub radijs solis. ⁊ q̄ fortis sup eā si fuerit ꝯiūctiōalis sit saturnꝰ ⁊ si ꝑuētionalis mars. ⁊ ꝓꝑie i sagittario vl̄ piscibꝰ. ℭ Et quādo ifortune fortes ⁊ sepatiꝫ i ascēdēte fuerit ⁊ ꝯstellatiōes ꝑdicte fuerint occasio ⁊ accidētia erūt i sensu spūali eo mō nō possūt recipe sanitatē nec remediū aliqꝺ̄ nō tamē ē manifesta nec turpia mlr̄tū. tn̄ si fuerit ibi aliq̄ ꝯueniētia iouis vl̄ veneris. ⁊ saturnꝰ vl̄ mars i pte occn̄tis ⁊ fortūe fuerit eleuate sup āgulū ascēdētꝭ: erūt ifirmitates ⁊ occasiōes ipe tali mō q̄ recipe poterit curatiōeꝫ ⁊ sāitatē sꝫ erūt turpes ⁊ si ille q̄ hūerit ꝯueniētiā fuerit Iup. sanitas quā hēbit ifirmitas erit ꝑ opa phisice. ⁊ ꝑ gubnatiōeꝫ medicinaꝝ ⁊ spēruꝫ. Et si ille qui habuerit ꝯuenientiā ibi fuerit venus: sanitas ifirmitatis erit ꝑ modū ꝓphetie: vel per auxiliū ptis deoꝝ

oiones ⁊

oíones ꝛ his similia: tamen si fuerint infortune in angulo
ascédétis ꝛ fortune in angulo occidétis: erũt he infirmita/
tes manifeste turpes ꝛ affixe ita ꝙ nec sanitatẽ nec reme/
diũ recipe poterũt. qꝛ si fuerit demoniac⁹: erit dur abil': nec
sepabit ab eo: ꝛ hẽbit h̃ cũ vocib⁹ ꝛ magno piculo mortis.
Et si fuerit diabolic⁹ qđ ẽ recessio sensus erit multũ affixũ:
ita ꝙ teneri nõ poterit denudabit se ꝛ multas rusticitates
dicet. Et si fuerit ĩfirmitas q̃ dr̃ pcussio diaboli ꝛ victoria
hũiditatũ ĩ cerebro: pueniẽt ad ĩfirmitatẽ q̃ ẽ pditio sẽsus:
ꝛ dicet res futuras sicut pphias ꝛ erit mãifesta ꝛ apparẽs
ꝛ ĩpiger se ad pcutiẽdũ ꝛ dehonestãdũ hoĩes ꝛ dicet dicta
turpia ꝛ rustica. ¶ Loca planetarum adiuuant in hoc
statu pprio ꝛ sepato auxilio isto mõ: qñ loca solis ꝛ martꝭ
pprie adiuuant in ĩfirmitate diabolicoꝝ. Et loca Jouis ꝛ
Mercurij pprie adiuuãt in ĩfirmitate demoniacoꝝ. Et lo
cus veneris adiuuat ĩ loquẽdo pphias ꝛ res futuras. Et
loc⁹ saturni pprie adiuuat in humiditatib⁹ cerebri: ꝛ ĩ ĩfir
mitatib⁹ q̃ dicte sũt pcussiões diaboli. ¶ Et maior ps ma
nerieꝝ ĩfirmitatũ accidẽtiũ in spũ ꝛ sensu sicut pdixim⁹: ac
cidũt p ꝯstellatiões pdictas sm̃ pprias ꝛ sepatas nãs: tñ ĩ/
uolutiones: accidẽtia ꝛ ĩfirmitates: q̃ accidũt in spũ ꝛ sen/
su sepatim: ꝛ pprie apparebũt sm̃ nãs: silr̃ ꝛ erũt multe vl'
pauce sm̃ nãm masculinitatis vl' femininitatꝭ silr̃. Et hanc
diuisionẽ cognosces p silitudinẽ vie q̃ꝫ pdixim⁹ ponẽdo so
lẽ in hoc vice mercurij cũ luna ꝛ inspicies ad ꝯueniẽtias ꝛ
sigñtiones martis: ꝛ sm̃ illud iudicabis. ¶ Et postq̃ꝫ distin
ximus ꝛ explanauim⁹ hoc: loq volum⁹ in alijs. ¶ Dico ꝙ
qñ ambo luminaria: vel vnũ eoꝝ fuerit in signis masculi/
nis in natiuitate viri: est sterilis ꝛ sequet̃ res nãles sꝫ ma/
sculinitatẽ. ꝛ si sic fuerit in natiuitate mulieris erit virilis ꝛ
sequet̃ res ꝯrias nãe femininitatis ꝛ remotas ab ope ꝛ re
gula mulieꝝ. ¶ Et si mars ꝛ ven⁹ vel vn⁹ eoꝝ fuerint in si
gnis masculinis in natiuitate viri: erit multũ fornicator: fa
ciet de hoc res a nã remotas: ꝛ violator mulieꝝ: manifeste fa
ciẽs h̃ ꝯ regulã turpiter ꝛ ꝯ legeꝫ. Et si fuerit in natiuitate
mulieris: erit manifesta in fornicatiõe nõ nãli: sicut vna cũ
alia. Et si masculinitas fuerit in venere sepatim: qđ fecerit
in hoc erit secretũ ꝛ cooptũ. Et si mars fuerit silr̃ in mascu
linitate cũ venere: erit factũ detectũ ꝛ manifestũ: ita ꝙ mu/
lier h̃ faciẽs ostdet ꝙ teneat aliã mulierem p ope illo sicut
vir tenet vxorẽ. Et si stat⁹ plãetaꝝ diuersus fuerit ab eo qđ
dixim⁹ volo dicere ꝙ luminaria sint in statũ pdicto effemi
nata: sigñt mulieri ꝙ effeminata erit ꝛ sequet̃ res nãles pro
ea: ꝛ sigñt viro ꝙ erit effeminat⁹ ꝛ sequet̃ res effeminatas ꝛ
ꝯ nãꝫ eius ꝛ forte turpit̃ effeminat⁹ erit. ¶ Et si ven⁹ fuerit
effeminata ĩ natiuitate mulieris: amabit multũ fornicatio
nẽ: ꝛ h̃ sm̃ nãm ꝛ sp: nec denegabit se alicui quocunqꝫ mõ
velit eã. ¶ Et si talis fuerit ĩ natiuitate viri: erit multũ effe
minat⁹: diliget multum fornicationẽ ꝛ ꝯ nãꝫ ꝛ turpiter h̃
faciet: nihilomin⁹ clam faciet illđ. ¶ Et si fuerit mars effe
minat⁹ cũ venere: erit factũ hoꝝ duoꝝ qđ pdixim⁹ turpit̃
discoopte ꝛ sine v̾ecundia eo mõ ꝙ dehonestati erunt ma/
le tractati: ꝛ ab hoĩb⁹ vilipẽsi. ¶ Qñ ascẽdẽs fuerit signũ
cõe in vltimo termino ei⁹ ꝛ mars ꝛ ven⁹ piecerint radios
suos in signo feĩo qđ seqt̃ signũ ascẽdẽs ꝛ si hec ꝯstellatio
fuerit in natiuitate viri: sigñt ꝙ erit sodomitica ꝛ auget̃ ĩ eũ.
Et si hec fuerit in natiuitate mulieris crescet in pulchritu/
dine ꝛ ꝯpositura sui corpis. ¶ Qñ mars ꝛ ven⁹ fuerit ori
entales a sole in statu q dr̃ matutinalis adiuuãt ad mascu
litatẽ ꝛ virilitatẽ. Qñ ven⁹ fuerit ĩ signo multe fornicatio
nis ꝛ sub radijs: ꝛ aliq̃ infortuna sup eã eleuata: nat⁹ erit
effeminatus ꝛ sodomita: tñ stat⁹ ei⁹ occidẽtalis q dĩ post
occasum solis adiuuat ad femininitatẽ ꝛ mollitiẽ. Silr̃ si
saturn⁹ cũ eis fuerit: turpitudinẽ sigñt ꝛ facta puersa ꝛ seq
talia facta qm̃ nã saturni talia fcã sigñt. Et si fuerit cũ ea iup
piter erit auxiliatrix ad facta ꝛ res pulchras ꝛ in coopiẽ/
do se ꝛ limpiditate. Et si fuerit mercuri⁹ cũ eis auxiliat̃ in

detegendo res manifestando eas: ꝛ in mouẽdo se leuiter
ad res ꝛ facta. ¶ Et postq̃ꝫ locuti sum⁹ in reb⁹ ꝛ accñtib⁹
spũs sm̃ ꝙ ad nos ptinet nũc loqui volum⁹ in accñtibus
ꝛ occasionibus corpis. Dico ꝙ dñs triplicitatꝭ dom⁹ infir
mitatis pm⁹ qñ fuerit fortꝭ ꝛ ascẽdẽs in suo circulo: ꝛ eleua
tus sup ascẽdẽs ꝛ dñm ei⁹: ꝛ ipse p se fortuna fuerit: sigñt ꝙ
natus lucrabit̃ sub̃am ꝛ diuitias pp infirmitatẽ ꝛ açeme/
na. Et si fuerit descẽdẽs infortunat⁹: ꝛ cadẽs ꝛ in casu suo
nec aspexerit ascẽdẽs: sigñt ꝙ nat⁹ viuet san⁹ ꝛ fortꝭ ꝛ remo
uebit a se oẽm infirmitatẽ: ꝛ corpus ei⁹ erit forte ac rigidũ
ab oĩ macula ꝛ dolore: ꝛ ab oĩ açemena manifesta. ¶ Et si
dñs triplicitatis ipsi⁹ dom⁹ scđs fuerit fortunat⁹ firm⁹ ꝛ
recept⁹ ac in bono loco ab ascẽdẽte: ꝛ habuerit in ipso lo/
co aliquã dignitatẽ: nat⁹ hẽbit seruos ꝛ fuas ac domicel/
las ꝛ societatẽ eoꝝ quos nutriuit. Et si fuerit ĩ diuerso sta/
tu ab eo quẽ dixim⁹ erit vilipẽsus tristis ꝛ sol⁹: nec hẽbit
q seruiat ei: imo ꝙ suiat sibijpsi vel alteri oportebit. ¶ Et
si dñs triplicitatꝭ huius domus terti⁹ fuerit fortunat⁹ for/
tis ꝛ recept⁹: natus eqtabit bestias: ꝛ hẽbit ac seruiet sibi: ꝛ
ꝛ lucrabit̃ de ipsis ac vtilitatẽ hẽbit. Et si ab hoc in diuer/
so statu fuerit nat⁹ pedester ibit sequẽdo bestias vel doma
bit aut custodiet alienas. ¶ Qñ ps açemena fuerit in par
titione ascẽdẽtis ꝛ luna iuncta cũ ea: vel dñs ascẽdẽtꝭ: sigñt
ꝙ açemena erit ĩ illo mẽbro nati qđ cadit in partitiõe illi⁹
signi sm̃ partitionẽ dñdi caput ascẽdenti. Et si ps açeme/
na fuerit sup terrã ipsa açemena manifesta erit ꝛ patẽs: ꝛ
si sub terra coopta erit. ¶ Qñ dñs 6ᵉ domus applicuerit
dño ascẽdẽtis: accidẽt nato dolores: ꝛ infirmitates multe
sm̃ nãm ꝛ pprietatẽ signi in q̃ fuerit dñs 6ᵉ dñs. s. de calidi
tate vel frigiditate siccitate aut humiditate. Si dñs 6ᵉ do/
mus fuerit sepatus a dño ascẽdẽtis: nat⁹ erit complexio/
nis ꝛ nãe tpate ac san⁹ ꝛ saluus ab infirmitatibus ꝛ açeme
na. Si dñs ascẽdẽtis applicuerit dño 6ᵉ dom⁹ nat⁹ vilipẽ
det seipm: nec in corpe suo vel sanitate curabit: ꝛ res faciet
de quibus infirmitates sibi accidẽt ꝛ dolores. ¶ Qñ sol
dãnatus fuerit ab infortunis: vel a dño dom⁹ ĩfirmitatis ꝛ
fuerit sup terrã in natiuitate diurna: vel luna ĩ tali dãnatio
ne sub terra in natiuitate nocturna: accidet nato cecatio in
oculo dextero. Et si hoc infortuniũ solis fuerit sub terra in
natiuitate nocturna vel lune sup terrã in natiuitate diurna
illud dãnum ꝛ cecatio: erit in oculo sinistro. Qñ sol ꝛ luna
fuerint ambo in 6ᵃ domo infortunati: nat⁹ sine aliq̃ dubita
tione cecabit̃. Qñ aliqs nascit̃ de nocte ꝛ luna fuerit ĩ sal/
uo gradu: aspice si circa gradũ illũ ẽ gradus alicuius stel/
le nebulose: ꝛ si eũ inueneris: aspice si luna cũ eodeꝫ gradu
nebuloso ascẽdit prima vice q̃ post natiuitatẽ ascendit: ꝛ si
eã h̃ mõ inueneris ẽ sigñtio cecitatis: postmoduꝫ aspice ad
saluationẽ gradus cum quo ascẽdit luna pmo vice q̃ post
natiuitatẽ ascẽdit sicut debes aspicẽ saluationẽ gradus in
quo fuerit luna hora natiuitatꝭ. ¶ Dixit hehecu qñ lũa fue/
rit iter ascẽdẽs ꝛ mediũ celi: aspice ad gradũ cũ quo erit ĩ
medio celi: ꝛ si fuerit iter mediũ celi: ꝛ 7ᵃᵐ domũ aspice ad
gradũ cũ quo occidit. Et si fuerit sub terra aspice ad gradũ
cũ quo ascẽdit ꝛ ab eis iudica. ¶ Qñ gradus ascẽdẽtis in
fortunat⁹ fuerit: vel luminaria obsessa iter duas ĩfortunas
aut sol in aliquo anguloꝝ in 4ᵒ saturni: vel luna ecclipsata
vel cõbusta in ascẽdẽte vel in medio celi: ex vna quacqꝫ ho
rũ sigñtionũ: nat⁹: dãnatus erit oculis siue cecus. Qñ mer
curi⁹ iũctus fuerit cũ saturno: vel in eius aspectu 4ᵒ vl' op
posito aut fuerit cadẽs ab angulis in loco vili: ꝛ infortuna/
to aut cõbustus: vel retrogradus: aut pegrin⁹ in signo mu
to nat⁹ ex q̃cũqꝫ haꝝ sigñtionũ: erit lingua dãnat⁹ vel mu/
tus. Qñ mercuri⁹ fuerit dñs 6ᵉ dom⁹: ꝛ in opposito satur
ni: natus surd⁹ erit: silr̃ qñ saturnus ꝛ iuppiter infortuna/
ti fuerint super terrã: erit in auditu dãnatus. Maior. n. ꝛ
fortior sigñ mutitatꝭ ẽ ꝙ dñs ascẽdẽtis ꝛ dñs exaltatiõis
sue: ac dñi triplicitatis ei⁹ ꝛ mercuri⁹: ac luna sint oẽs in si

gnis matis. Nullū bonū erit nato luna exñte infortunata
in p̄ gradu signi: q2 si sic fuerit natꝰ occultatus: erit aut re
tractus vel gnanus. Et si luna iūcta fuerit corpalr̄ cū Sa
turno: ⁊ mars eos aspexerit: natꝰ erit coxus vel ꝯctꝰ: ita q̄
ire nō poterit: vel hēbit magnā ⁊ fortē aȝemena in inferio
ribꝰ aut dānationē vel tm̄ pē tortuositatē i cruribꝰ aut pe
dibꝰ. Qñ infortūe ⁊ luna in aliq̄ natiuitate fuerit in signis
aqueis: natꝰ hēbit morphea vel scabiē: aut allopitiā. Qñ
ascēdēs alicuiꝰ natiuitatis fuerit Leo Virgo: Sagittariꝰ
aut Scorpio: erit signatꝰ ante ⁊ post. Et h̄ idē sigt̄ si pars
fortune: vel ps celati fuerit in aliquo signo igneo: vel de aq̄
ticis spālr̄ in cācro: ⁊ si ambe ptes iste vel vna eaꝝ fuerit i
capricorno: sigt̄ q̄ hēbit tortū caput. Qñ luna iūcta fuerit
corpalr̄ in ascēdēte cū ioue ⁊ mercuriꝰ aspexerit eos ab an
gulo 7ª domꝰ ⁊ fortune remote fuerint ab aspectu mercu
rij: vel fuerit mercuriꝰ iūctꝰ corpalr̄ cū saturno in ascēden
te ⁊ mars aspexerit eos a 7ª domo: vl̄ ambe ifortune iūcte
fuerint in ascēdēte mercurio aspiciēte ipsas de oppōne: vl̄
ipso iuncto cū saturno. ⁊ iuppiter in opposito ipsoꝝ: natꝰ
ex quolibet istoꝝ dānatꝰ erit in toto corpe suo vel pdet sen
sum ⁊ erit fatuꝰ. Et peius qd̄ eē pōt in hac sigtione ⁊ ꝯstel
latione est vt sit saturnꝰ eleuatꝰ in medio celi. ⁊ luna i ascē
dēte recipiēs frigiditatē: siccitatē: infortuniū ⁊ malā nām
saturni. ¶ Qñ iuppiter ⁊ sol fuerint in natiuitate dānati.
vel cadētes: natꝰ erit sensus defectiuꝰ. ⁊ sigt̄ dānationē sen
sus ⁊ intellc̄s: q2 sol est sigtor cerebri ⁊ iuppiter cordis. ⁊
amissio sensus ꝯtingit qñ dānum puenit ad cerebrū ⁊ cor.
Qñ sol fuerit dānatꝰ sub terra sigt̄ dānationē stomachi. Et
qñ luna fuerit dānata sub terra: sigt̄ dānatiōez pulmonis.
Et si mars fuerit h̄ mō: sigt̄ epatis dānamētū. Et si saturnus
hoc mō fuerit: sigt̄ splenis dānationē. Et si mercuriꝰ fuerit
hoc mō: fellis dānationē sigt̄. ¶ Si sol sepatim in natiuita
te dānatꝰ fuerit vel cadēs aut iūctꝰ cū infortunis q̄ sūt ele
uate sup eū ⁊ fortes: sigt̄ totiꝰ corpis dānamētū: qm̄ sol est
sicut calor nālis custodiēs ꝓprie v̄tutes corpis ⁊ motꝰ. Et
qñ hec debilia in nato fuerit: vel dānata: debilitat ⁊ dānat
ppea totū corpꝰ ⁊ recipit occasionē ⁊ dānū. ¶ Luna est si
gnificatrix nati ⁊ ad eā magis ptinet: vt significatrix corpis
⁊ augmti ac salutis eiꝰ q̄z ad alios plāetas. Vñ qñ ipsa fue
rit limpida ⁊ salua ⁊ fortis ab infortunaꝝ occasionibꝰ: cor
pus est sanū ⁊ limpidū. Et ⁊ qñ infortunata fuerit dānata
⁊ cadēs: corpꝰ erit debile ac damnatū ⁊ natꝰ de eo se modi
cū iuuabit: ⁊ maxime si ps aȝemena fuerit i scd̄a domo ab
ascēdēte ⁊ mars cōbustor ⁊ destructor in opposito eiꝰ i do
mo destructionis ⁊ dānii: q2 hec est significatio q̄ natꝰ ha
bebit fracturā in corpe suo: vel erit raucꝰ. aut arteticus eo
mō q̄ nō poterit se mouere: vel manibꝰ ⁊ pedibꝰ erit ꝯtra
ctus. Qñ luna fuerit lumine: aut numero diminuta. ⁊ in si
gno mēbroꝝ incisoꝝ. ⁊ mars ifortūa ⁊ abscisor i opposito
eiꝰ oriētal. ⁊ euasus a radijs solis: natꝰ erit vulneribꝰ mor
talibus vulneratus: vel de mēbris sibi aliqua truncabun
tur. Et si non habuerit aspectum fortune liberantis ⁊ ser
uantis eum propter ea morietur.

¶ Dicta super hac ratione.



Uando scire volueris infirmitates ⁊ eiꝰ occasio
nes ⁊ cās: aspice sextā domū: partē infirmitatis
⁊ eiꝰ dñz: ac planetas fortunas ⁊ ifortunas exi
stentes in 6ª domo: ⁊ lunā ac dñm domus suē
qm̄ ipsa silr̄ in infirmitatibꝰ significationē hz.
Et si maior pars boꝝ fortune ac fortunati fuerint: vel eo
rum ille qui maiorem habuerit sigtionē ⁊ dñium in figura
fortuna fuerit: vel fortunatꝰ ⁊ fortis. natꝰ modicas ifirmi
tates hēbit: sed erit sani ⁊ limpidi corporis. Et si maior ps
eoꝝ infortune fuerint vel infortūati: aut ille q maiorē signi
ficationē. ⁊ posse habuerit in figura infortuna fuerit vel in
fortunatꝰ ⁊ aliquā cōmixtionē hūerit cū dño ascēdentis: na
tus erit dānatꝰ corpore infirmitatū ⁊ doloꝝ multoꝝ: maxi
me si fuerit in aliquo anguloꝝ. ¶ Et si boꝝ sigtoꝝ fortior
fuerit saturnꝰ vel infortunatꝰ a saturno: maior pars ifirmi
tatū nati erit de manerie ptisis aut paralisis siue emorroy
daꝝ siue hydropisis ac totiꝰ infirmitatis q̄ sit ex friditate ⁊
siccitate. ⁊ que cū difficultate sanat. ¶ Et si boꝝ sigtorum
fortior fuerit mars: vel ifortunatꝰ ab eo: maior pars infir
mitatū erit ex caliditate: colera vel sanguine ac febriū fre
nesis ⁊ vulneꝝ. ¶ Qñ in 6ª ab ascēdēte: vel in sexta a luna
fuerit saturnꝰ: vel in 4ª vel opposito cuiussuis eaꝝ: ifirmita
tes nati erūt de manerie frigiditatis: maxime si fuerit i sig
hūido. ¶ Et si mars fuerit in 6ª ab ascēdēte: vel in 6ª a lūa
aut i 4ª vl̄ opposito cuiussuis eaꝝ: infirmitates nati erunt
ex calitate. ⁊ tales erūt q̄ cito liberabunt vl̄ cito iterficiēt.
¶ Qñ luna ⁊ dñs domꝰ sue ab infortunis liberi fuerint ⁊
in sexta nulla fuerit infortuna: natꝰ erit saluus ab infirmi
tatibꝰ ⁊ occasionibꝰ. Qñ luna ⁊ dñs domꝰ sue fuerit ifor
tunati ⁊ in sexta ab ascēdēte fuerit infortuna: natꝰ multas
infirmitates ⁊ dolores in corpe patiet. ¶ Qñ in ascēdēte
fuerit ifortuna maxie si fuerit mars eadē ifortuna i natiui
tate diurna vel saturnꝰ i nocturna ⁊ corporalr̄ iunctꝰ fue
rit cū luna vel sole debilitatē visus sigt̄ vel dānationē totiꝰ
visus. ¶ Qñ luna corpalr̄ iuncta fuerit cū infortunis: aut
in q̄rtis vel oppositis eoꝝ ⁊ fuerit in signo sicco: maior ps
infirmitatū quas natus hēbit erit ex calididate ⁊ siccitate.
¶ Qñ planeta infirmitatē significās fuerit in ascēdēte ifir
mitas erit in p̄nº vite sue. Et si fuerit i medio celi: erit i me
dio vite sue. Et si in occidēte: erit in senectute sua. Et si i an
gulo terre: erit in fine vite sue circa mortē. Et h̄m posse ac d
bilitatē quā habuerit in se idē planeta. ⁊ in loco suo erit i
firmitas. ¶ Pars ifirmitatis ⁊ eiꝰ dñs qñ salui ⁊ limpidi
ab ifortunis fuerit: natꝰ erit salui ⁊ limpidi corpis. Et qñ i
fortunati ⁊ dānati infirmitates ⁊ occasiones sigt̄: maxime
si nullū testimonium habuerint a fortunis. Qñ pars infir
mitatis iuncta fuerit super terrā cū stella hebenia de nā i
fortune: accidet nato aȝemena turpis ⁊ mala de malo mō
q̄ eā cooperire nec abscondere potest.

¶ Caplm̄. 2. si natꝰ hēbit greges ⁊ aialia multa vel pauca.



N cā gregis aialium aspicias a 12ª domo ⁊ eiꝰ
dño: a marte ⁊ eiꝰ loco in figura: ⁊ ab eiꝰ statu
in scipso de orientalitate vel occidētalitate aut
retrogradatione siue directione qm̄ maius qd̄
esse possit in cā bestiaꝝ: est vt mars sit orienta
lis i signo q̄drupedū maxime in signo regali. ⁊ in ascēden
te vel in medio celi aut in 11ª domo. Et qñ eū hoc mō inue
neris ⁊ Juppiter vel sol aspexerit eū aspectu amico sigt̄ q̄
natꝰ hēbit bestias ⁊ gregē multum hēbit: maxime si cū hº
mars habuerit i loco i quo ē aliquā dignitatē. Et qñ mars
fuerit cū pte fortune: natꝰ erit equoꝝ armoꝝ ⁊ venationis
amator: maxie si luna cū eo fuerit vl̄ si mars fuerit dñs ascē
dentis aut dñs domꝰ cōiunctionis vel oppōnis q̄ natiuita
tē p̄cessit. Et qñ signū 12ª q̄drupes fuerit ⁊ fortuna iuncta
cū eo: aut aspexerit illud: natus vtilitatē cā bestiaꝝ ⁊ gre
gis hēbit ⁊ ex illis ac seruis multū hēbit. Et si signū. 12ª si
xū fuerit: aut in eo vel eiꝰ opposito siue 4ª saturnꝰ: nato ac
cidēt grauamina ⁊ occasiones rōne bestiaꝝ ⁊ gregis ma
xime si in signo illo mars ⁊ Juppiter nullam habuerint di
gnitatē. Et qñ mars orientalis fuerit in Ariete aut Leone
vel Sagittario. ⁊ fuerit dñs sexte vel 12ª: natꝰ hēbit mul
tas bestias de mānerie equoꝝ siue bestiaꝝ magnoꝝ corpo
rū: maxie si eū iuppiter aspexerit. Et si fuerit i Tauro: Vir
gine: vel capricorno: bestias hēbit de vaccaꝝ manerie: siue
pecudū vl̄ capraꝝ. ¶ Silr̄ qñ mars fuerit p alia signa dia
ibi oriētalis. ⁊ cū fortuna iunctꝰ: vel in eiꝰ aspectu: natꝰ de
bestijs vtilitatē hēbit q̄ fuerint de manerie. ⁊ nā illiꝰ signi.
⁊ h̄m ꝓprietatē ipsiꝰ. ¶ Qñ ascēdēs fuerit sagittariꝰ: vel
aliqd̄ ex signis bestialibꝰ. ⁊ dñs ascēdētis iunctꝰ fuerit cū
marte: vel in eiꝰ aspectu de bono loco: natꝰ amabit bestias

⁊ hēbit volūtatē ⁊ cupiditatē bñdi eas. ℂ Silr̄ si luna fuerit in aliquo locoꝝ p̄dcōꝝ duoꝝ vice dñi ascēdētis illō idē significat qd̄ significat dñs ascēdētis in hac rōne.

ℂ Caplm̄. 3. si natꝰ hēbit multos seruos ⁊ seruas.



Spicies in cā seruoꝝ ⁊ seruaꝝ a signo sexte domus ⁊ eiꝰ dño. ⁊ ab eius loco in figura ac planetis fortunis ⁊ infortunis existētibꝰ in eadē ⁊ in quo loco fuerit pars seruoꝝ. ⁊ cuiusmodi maneriei est locꝰ mercurij: qm̄ ipse ē significator seruoꝝ ac seruaꝝ: qꝛ melius qd̄ in hoc eē possit ē vt sit mercuriꝰ oriētalis. ⁊ in ascēdēte vel medio celi applicans Joui ⁊ in signo cōi vel mobili. Et sign̄o ac malus statꝰ i h̄ est: vt sit mercuriꝰ retrogradꝰ vel sub radijs solis. aut applicās ifortunis in signo fixo. Postmodū qñ aliquā fortunaꝝ iueneris in 6ª: aut 12ª. natꝰ hēbit multos seruos ⁊ seruas. ⁊ vtilitatē ab eis. Et si aliq̄ infortuna fuerit in aliquo hoꝝ duoꝝ locoꝝ suos paucos hēbit. ⁊ accidēt ei occasiones grauamina ⁊ tristitie ꝑ eisdē. ℂ Qñ dñs sexte fuerit fortuna salua ab infortunis. ⁊ in aliq̄ anguloꝝ: natus multos seruos ⁊ seruas hēbit: de ipsis vtilitatē ⁊ gaudiū habiturus. ℂ Et qñ dñs 6ª fuerit infortuna vel planeta a sole dānatꝰ. aut e loco in quo fuerit in figura: natꝰ hēbit occasiones ⁊ grauamina rōne seruoꝝ ⁊ seruaꝝ. ℂ Qñ mercurius iunctꝰ fuerit cū fortunis: vel applicās eis. ⁊ ab infortunis liber: natꝰ vtilitatē ⁊ lucrū a seruis ⁊ seruabꝰ hēbit ⁊ his gaudebit. ℂ Et qñ mercuriꝰ infortunatꝰ vel cadens fuerit sine aspectu fortune: natꝰ maiū hēbit ꝑ seruis: tristitias ⁊ labores. Qñ ps seruoꝝ ⁊ eiꝰ dominꝰ fuerit in bōis locis in aspectu fortunaꝝ infortunis remotꝫ ab eis: natus multos seruos hēbit. ⁊ erit fortunatꝰ i eis. Et qñ hec ps ⁊ eiꝰ dominꝰ ifortunati fuerint vel cadētes sine aspectu fortune: natꝰ ifortunatꝰ erit i seruis ⁊ seruabꝰ. ⁊ etiā dānatꝰ ꝑ eis. Qñ cauda fuerit i 6ª: in seruis infortuniū sigt̄ ac tristitiā ⁊ laborē ꝑ eis ⁊ ꝙ nato fiēt male volūtates. Aspice in cā seruoꝝ a dño 6ª ac pte seruoꝝ ⁊ eiꝰ dño mercurio. ⁊ a planetꝫ existentibꝰ in 6ª. Et aspice cuiusmodi ꝯueniētiā habuerit cū dño ascēdentꝫ: vt si fortunat vel infortunat eū: iudica fm̄ ꝙ inueneris de ꝯueniētia vel incōueniētia: de fortunādo vel infortunādo. ⁊ de ꝑficiēdo ac dānificādo. ⁊ iudica fm̄ ꝙ inueneris maiores sigt̄ores ⁊ testimonia fortiora. ⁊ i hac mārie nihil tibi celabit: nec erit occūtū. ℂ Qñ infortune fuerit in 6ª: natꝰ i crurībꝰ ⁊ pedibꝰ aꝫemena habebit ⁊ arthetica. ℂ Et si ifortuna existēs ibi fuerit mars: hēbit aꝫemena ⁊ dānum rōne seruoꝝ. ⁊ infirmabit ex̄ locū suū ⁊ forte accidet ei ꝯbustio ignis vel canis morsura: aut ꝑcussiones seu vulnera: vel dolores in naribꝰ: aut ifirmitas Cancri. ℂ Et qñ ifortuna existēs ibi fuerit saturnꝰ: hēbit ifirmitates de nā frigida ⁊ melācoliam ac siccitatem vel humiditatē ⁊ vētositatē fm̄ statū eiꝰ ⁊ fm̄ signum in q̄ fuerit. ℂ Et quādo iuppiter ibi fuerit: repatꝫ dānationē significat ac infirmitatē q̄ dr̄ rosa vel eiꝰ similē: facit ēt vētositates. ℂ Et quādo mars ibi fuerit cuꝫ luminaribꝰ: nato sigt̄ siccitatē. ℂ Qñ dñs anguli terre ibi fuerit: natus erit mēdax: malefactor ⁊ ꝓditor. Et illō idē sigt̄ si ibi fuerit dominꝰ 7ª. ℂ Qñ dñs 9ª ibi fuerit: sigt̄ ꝙ vxorabit cū serua vel cū muliere de vilibꝰ hoibꝰ: aut cū muliere aꝫemenata. Et illud idē sigt̄ quādo ibi fuerit pars cōiugij: aut eiꝰ dñs. ℂ Quādo ambe infortune fuerint in eadē domo. ⁊ Venꝰ cū eis: mulieres nati erunt meretrices.

ℂ Caplm̄. 4. in amforismis accñribꝰ in hac domo.



Uādo fuerit mars in āno cōiūctiōis receptꝰ: quiescūt lites in tota illa cōiūctione. Et si in aliquo āno fuerit signatio litis: extinguit eā. ℭ Quādo acciderit vt cōiūctio fit in ascēdēte: aut applicuerit reuolutio anni ad locum cōiūctiōis: minuūtur substātie regis: ⁊ accidēt multe occasiones: epydimie: mortalitates ⁊ damna i corporibus hominum: ⁊ hoc in primo āno cōiūctionis: ⁊ significat depopulationem terrarū que fuerint de sigt̄iōe illiꝰ signi. ℭ Qñ cōiūctio fuerit in secūda domo: sigt̄ mortē nobiliū hoīū ⁊ ꝙ nescij honorabūtur ⁊ laudabūtur. ℭ Et qñ fuerit in tertia: signat destructionem ecclesiarum ⁊ oratorium. ℭ Et in quarta signat minutiones ⁊ depopulationes villarū ⁊ castrorum. ℭ Et in 5ª significat malos status in filijs ⁊ vegetabilibus. ℭ Et in 6ª: significat infirmitates ⁊ robarias multas ab inimicis. ℭ Et in 7ª: significat ꝙ homines habebūt anxietates ⁊ malos status per reges ⁊ dominorū delicta. ℭ Et in 8ª significat mortalitatem ⁊ iterfectiones. Et idē qñ reuolutio applicuerit ad illū locū: ⁊ tūc apparebit signatio

bit sigñatio. ¶ Et in 9°: significat ꝙ accidet dãnũ manute-nẽtibus legẽ: ⁊ i locis legis: ⁊ i itinerib⁹ ⁊ i locis dolorum. ¶ In decima: sigñt ãxietates ⁊ labores regib⁹: ⁊ hoc erit i parte terre in qua illud signũ habuerit dominiũ. ¶ In 11° sigñat qđ reges ꝯgregabũt substãtias ⁊ faciẽt multos thesauros. ¶ In 12° sigñt ꝙ rex odiet populũ: ⁊ faciet malũ sibi: ⁊ facit malos census. ¶ Et qñ fuerit mars in aliquo angulorũ revolutionũ ãni: mouebũtur lites ẜm potẽtiã quaꝫ habuerit: ⁊ similiter faciet quãdo fuerit in quadratura saturni ⁊ Jouis. ¶ Scias ꝙ ascẽdens ⁊ luna ⁊ dñi eoꝝ sunt significatores populi. Vñ qñ dñs ascẽdẽtis ⁊ lũa fuerit in revolutiõe in sexta aut octaua ifortũati: sigñat ifirmitates ⁊ mortalitatẽ. ¶ Scias ꝙ oẽs lites ⁊ iterfectiões accidẽtes i mũdo proueniũt a sigñationibus martis: qꝛ qñ intrat aliquẽ ãgulorũ ⁊ maxime angulũ terre tũc sigñat ꝙ lites ⁊ guerre mouebũtur: ⁊ accidẽt multe iterfectiões ⁊ fluxus sanguinis: ⁊ litigabũt ⁊ iterficiẽt se hoies iuiceꝫ: ⁊ hoc erit magis ⁊ firmus si fuerit in gemini ⁊ sua triplicitate. Quãdo fuerit in gemini ⁊ sua triplicitate directus i suo itinere: significat ꝙ ille lites erũt pro iure ⁊ pro rectis petitiõibus. Et si fuerit ibi retrogradus: sigñat ꝙ lites erũt ꝯ ius: ⁊ pro petitionibus iniustus. ¶ Et qñ fuerit in aliquo predictoꝝ signoꝝ: ⁊ nõ in aliquo ãguloꝝ sit tñ in loco aliquo q aspiciat ascẽdẽs: sigñat fortes ifirmitates: vẽtositatũ ⁊ sanguinis. Et hoc fortius ⁊ magis affixũ erit in terris ⁊ villis signoꝝ: i qbus cadũt lumina eius de quarta ⁊ oppositione. ¶ Et si fuerit i hoc statu retrogradus: significat epydimiã mortalitatẽ: ⁊ ifirmitates mortales sanguineas. ¶ Et qñ mars fuerit dñs anni: ⁊ in ariete vel in triplicitate sua ⁊ directus: accidẽt in hominibus infirmitates calide ⁊ sicce: ⁊ reges iuicem discordabunt ⁊ rixabuntur. ¶ Et si fuerit retrogradus: accident in climate bibylonie rixe: lites ⁊ discordie: ac dãnũ in bestijs presertim in velosis ⁊ habẽtib⁹ vnguias: ⁊ debilitabuntur bestingli: ⁊ fiet multus calor. ¶ Et quãdo fuerit in aliquo predictoruꝫ signoꝝ: ⁊ nõ fuerit in aliquo ãguloꝝ: ⁊ aspexerit: si ascẽdẽs: significat ꝙ homines faciẽt delicta ⁊ robarias: vn⁹. s. alteri: ⁊ accidẽt dãna ⁊ malũ quod diximus in terris ⁊ villis signoꝝ in qbus cadet lumẽ suũ de 4° vel oppõne. ¶ Et qñ mars fuerit dominus anni ⁊ in tauro aut triplicitate sua ⁊ in ãgulo ac directus: significat dãnum in arboribus ⁊ fructibus: ⁊ mortalitatem in animalibus brutis: ⁊ rixas ⁊ iterfectiones inter homines accidẽtes. ¶ Et quãdo marꝭ fuerit in aliquo signorum huius triplicitatis predicte: ⁊ nõ in aliquo angulorum: tamẽ aspexerit ascendens: significat ꝙ damnum ⁊ malum erit i terra signi in quo fuerit. ¶ Quãdo mars fuerit dominus ãni ⁊ in cãcro aut triplicitate sua: ⁊ in aliquo angulorum: ⁊ directus: nõ dãdo vim suam saturno in hac triplicitate: significat proprie ꝙ erũt in climate occidentis ⁊ arabia magne guerre ⁊ effusiões multi sanguinis ⁊ epydimie: mortalitates multe: ⁊ forte morietur rex illo anno: aut accidet ei occasio ⁊ malum grande. ¶ Et si in hoc fuerit retrogradus erit hoc peius ⁊ magiꝭ affixum. ¶ Et scias ꝙ natura martis quãdo accidet: vt i revolutiõe ãni sit in aliquo anguloꝝ: maxime i ãgulo terre mouet guerras: lites: ⁊ iterfectiões ⁊ sanguine iter hoies: vnus. s. cũ alio. Et si cũ isto fuerit in signo fixo: erit ħ fixũ ⁊ durabile. Et si in signo mobili: significat ꝙ mutat ⁊ remouet. Et si in cõi: cessabũt lites ⁊ multis vicib⁹ reuertent. ¶ Silr si fuerit mars stationari⁹: sigñt ꝓlõgationẽ rei ⁊ fixionẽ mali. Et si fuerit ifortunat⁹ sigñt depssionẽ ⁊ minutioneꝫ ⁊ fugã. ¶ Et quãdo mars fuerit stationarius ⁊ habuerit partitionem cum saturno: sigñat destructionẽ ⁊ iterfectiões: ⁊ erit hoc in partibus vbi fuerit mars de climate oriẽtali vel occidẽtali: vel meridiei vel septẽtriõis. ¶ Et peior ⁊ magis fraudulẽta ⁊ falsa significatio quaꝫ habet: est qñ fuerit in itroitu solis in arietem cadens ab angulis retrogrado existẽte saturno reuertẽdo lumẽ ⁊ posse suum super eum: quoniaꝫ quãdo hec ꝯstellatio accidet: significat destructionẽ villarum per iterfectioneꝫ: captiuatione: robarias collectas ⁊ delicta: maxime si fuerit in revolutione ãni in gemini aut in medio celi: qꝛ hoc significat ꝙ erũt multe iterfectiões: ⁊ ꝙ multi homines suspẽdẽtur. ¶ Et si fuerit in ascẽdẽte vł in occidẽte: significat abscisionem manuum ⁊ mẽbrorum ⁊ facere crudelitatem in hominibus: significat. ¶ Aspice similiter in separationibuꝭ martis: qꝛ si separauerit se a ioue: significat ꝙ lites erũt rõne petẽdi legem ⁊ pro rectis ⁊ veris petitionibus. Et si separauerit se ab ifortunis: significat ꝙ ille lites erunt pro delictis ⁊ petitiõibus iniustis ⁊ pro malefactis. Et si fuerit directi motus: significat ꝙ homines erũt firmi: fixi ⁊ sufferẽtes in lite: ⁊ i durãdo in ea. Et si fuerit retrogradus: significat ꝙ lis nõ multum durabit: ⁊ ꝙ mouẽtes ⁊ faciẽtes eam erũt viles ad similitudinem latronum ⁊ barteriorum: ⁊ significat ꝙ tãdẽ erũt victi ⁊ ifortunati ⁊ ꝙ dispergẽtur ⁊ fugiẽt. Et erũt lites ⁊ interfectiões magis firme ⁊ affixe quãdo mars fuerit tardi motus ⁊ in signo fixo: qꝛ hoc significat magnum laborem gẽti de parte vbi fuerit ẜm posse signi ⁊ loci in quo fuerit in figura: qꝛ si fuerit in ascẽdẽte: significat multam effusionem sanguinis percussiones ⁊ vulnera in corporibus. Et si fuerit in secũda: significat robarias substãtiarũ. Et si in tertia abscisorem progenierum rixas ⁊ inimicitias: malas volũtates ⁊ lites que accidẽt iter gẽtes. Et si in quarta: significat ꝙ erũt fortiter multum obsessi: ⁊ ꝙ inbibebuntur eis victualiũ accessus. Et si fuerit in quinta robabuntur filij ⁊ eorum substãtie. Et si fuerit in sexta significat ꝙ furtiue leuabũtur: captiuabũtur: ⁊ ex eis fiẽt serui. Si in 7° auferent eis mulieres ⁊ iacebit cuꝫ eis. Et si fuerit in 8°: erit mors in eis cõis: qꝛ inde pauci euadẽt. Et si fuerit in 9°: fugient de villis ⁊ locis suis ⁊ dimittẽt res i terras suas. Et si in 10° reges ⁊ inimici faciẽt eis malũ: ⁊ obediẽt ⁊ seruiẽt alijs regib⁹. Et si in 11° erũt fessi ꝺ lite ⁊ discordabũt ⁊ erũt victi pro illa ratione. Et si in 12° de ipsis appodeabũt se inimici eorum ⁊ faciẽt qđ velint de ipsis.

¶ Capłm. 14. in statibus regum ⁊ quantũ durabũt.


Spice durabilitatẽ regis a duabus partib⁹ a revolutione ãni mũdi ⁊ ab hora sue itronizatiõis debẽt enim ambo cõcordare ⁊ venire ad vnũ terminũ ⁊ si discordauerint erit error ibi. ¶ Et qñ volueris aspicere a revolutione anni est vt aspicias a prima parte vsqꝫ ad scđaꝫ. Et si inueneris scđam partem in alta domo habens aspectum vel nõ da quibuslibet. 30. gradibus vnũ annũ. Et si fuerit in domo iferiori ⁊ aspectũ habuerit da quibuslibet similiter. 30. gradibus vnum annum. Et si nõ aspexerit: minue ex gradibus medietatem ⁊ da medietati remanẽti. s. quibuslibet. 30. gradibus vnum annum: ⁊ incipies numeruꝫ a parte que fuerit debilior i loco suo tẽdẽdo ad magis appodeatã. Et si ambe fuerint equales in posse ac loco: aspice que earum fuerit in suo haiꝫ: ⁊ incipe ab altera veniẽdo ad eam. ¶ Et quãdo partitio fuerit completa i qua timorem habes ne perdatur rex: considera signum applicationis anni: ⁊ si iueneris ipsum dãnatum in revolutiõe anni ⁊ sol fuerit in quarta martis vel saturni: iudica ei destructionẽ in illo anno. Et si nõ: fac ei aliã revolutionem. Et aspice quãdo revolutio applicuerit ad quartam ifortunarum: tu dica tũc perditionẽ. Et nõ iudices ei destructioneꝫ nisi per damnamẽtum signi ad quod applicat annus athaçir maioris: ⁊ per damnamẽtum solis ita ꝙ ambo sint damnati: tamen si vnus eorum fuerit damnatus ⁊ alter melioratus: nõ iudices ei mortem: sed iudica ei dãnum per ifirmitateꝫ ⁊ quod ei assimilatur: ⁊ est infortunium per quartam martis vel saturni in revolutione anni: aut quando applicatio venit ad suas quartas radicis legis aut cõiũctionis maio

ris: vel quãdo applicat ad quartã illius cõiũctionis maioris: ⁊ qñ prima pars fuerit in suis domibus: ipsis fac revolutiones sui loci sicut facis alijs principijs.

℄ Caplm.15. in sciendo durabilitatẽ illius qui regnat.



Quando scire volueris durabilitatẽ regnãtis accipe a dño exaltatiõis partis fortune vsq3 ad eãdẽ partẽ ⁊ quod fuerit iter eos da cuilibet signo vnũ mẽsem diem vel annuz. ℄ Cũ qñ volueris durabilitatez regnãtis ab hora sue intronizationis: apta ascẽdẽs ⁊ mediuz celi: ⁊ extrahe hylech ⁊ alcochoden sicut facis in natiuitatib⁹ equaliter nec magis nec minus. ℄ Postmodum fac athaçir ad gradum ascẽdẽtis vt scias statũ sui corporis: ⁊ fac athaçir ad gradũ medij celi vt scias stat⁹ sui regni: ⁊ deferas hos ambos per revolutiones donec se cum infortunis inueniant: ⁊ tũc destructionẽ iudica. Et si dãnum fuerit per vnuz eoꝝ ⁊ nõ ꝑ aliũ: iudica dãnum in re illa nec plus: ita ꝙ ascẽdẽs applicuerit cũ athaçir ad ifortunas: ⁊ ifortuniũ fuerit forte: ⁊ magnũ: iudica destructionẽ: ⁊ si ifortuniũ fuerit puũ iudica ifirmitatẽ: excepto si athaçir gradus medij celi fuerit melioratus ⁊ nõ dãnatus: nã si athaçir gradus medij celi dãnatus fuerit ⁊ ille ascẽdẽtis nõ: iudica dãnũ in suo regno ẜm dãnũ medij celi. ℄ Cũ si ambo isti athaçir dãnati fuerit: de sua destructiõe nõ dubites. ℄ Et cõuenit tibi cõpẽsare id qd̃ erit de hoc facto cũ eo qd̃ erit de alio facto ꝑ: qꝛ sine dubio oẽs eos iuẽire ꝯcordes. Et si eos discordes iueneris scies ꝙ illa discordia nõ accidit nisi qꝛ hora bene obseruata nõ fuerit. ℄ Et ꝯuenit tibi silr̃ aspicere ascẽdẽs legis: ⁊ ascẽdẽs ꝯiũctiõis maioris: ⁊ applicationẽ athaçir in revolutione ad quartas ifortunaꝝ in illis locis: ⁊ in illo tpe in quo erit accidẽs qd̃ ãnus sigñt qñ applicuerit athaçir ad signũ applicatiõis aut ascẽdẽs ad quartã illi⁹ sigñationis ⁊ ad locum sigñtoris: ⁊ quot gradus fuerint iter eos ⁊ ab hoc terminabis rẽ cum deo. ℄ Et cõuenit tibi etiam quãdo scire volueris durabilitatem regis ꝙ aspicias annum quo intronizatus fuit: ⁊ ad qd̃ signum fuerit applicatio anni: ⁊ in quo partitio 4ª ceciderit ⁊ ĩ quo gradu ⁊ termino: ⁊ si sunt in illo termino: radij planete in radice aut in cõiũctione q̃ fuit in ꝑn°illi⁹ regni siue certificet᷑ hoc in vna 4ª siue nõ certificet᷑: ⁊ aspice dñm applicationis in illo anno: ⁊ dñm partitionis: ⁊ gradum athaçir quãtum est inter eum ⁊ radios ifortune. ℄ Postmodum aspice in domo cuius planete est pars ⁊ quãtum est inter eam ⁊ partez secũdam. Et prima pars si fuerit in domo planete alti da cuilibet signo vnũ annũ. Et si fuerit in domo planete inferioris ⁊ se aspexerint ambe partes: da similiter cuilibet signo annum vnum. Et si se nõ aspexerint minue mediuz eius ⁊ de alio medio da cuilibet signo annum vnum. ℄ Postmodũ aspice in anno in quo volueris iudicare ad solem ⁊ dominũ radicis qualiter morant᷑: ⁊ si fuerit ifortunati: iudica ꝙ tempus est verificatũ pro re illa ⁊ si tales nõ fuerint: iudica ẜm quod inueneris ⁊ videbis. ℄ Quãdo scire volueris quis regnabit post ipsum. Aspice in revolutione anni in quo regnavit cui sol dat vim suam: ⁊ si eam dederit domino 5ᵉ: iudica ꝙ erit eius filius: ⁊ si eam dederit domino 3ᵉ: iudica ꝙ erit eius frater. Et ẜm hanc viam iudicabis de natura domus cuius dño dat sol vim suaz. ℄ Et si eã dederit domino domus filioꝛuz ⁊ scire volueris in quo ex filijs remanebit. Aspice dominos triplicitatis domus filiorum ⁊ quẽ eoꝝ inueneris maioris dignitatis in domo filioꝛuz. Et si prim⁹ ibi habuerit plures dignitates: iudica ꝙ maior filius regnabit. Et si secũdus regnabit vnus ex mediocribus. Et si vltimus regnabit aliquis ex minoribus. ℄ Et magna radix ĩ hoc pro sciẽdo quis filioꝝ patris regnabit est vt aspicias quis eoꝝ habuerit in ascẽdente natiuitatis sue dominũ domus filioꝝ patris: ⁊ iudica ꝙ ille regnabit: hoc modo similiter in fratribus iudicabis.

℄ Capitulum.16. in morte regum.



Quando dominus medij celi fuerit in signo in quo est applicatio radicis annorum: significat mortẽ regis. ℄ Et si mars eum infortunauerit: significat ꝙ interficiet᷑. ℄ Et si applicatio ad signum ifortunatuz fuerit ⁊ maxime per corpus infortune significat mortẽ regis. ℄ Et si dominus signi applicationis fuerit in signo cõi: significat mortẽ duorum regum tempore illius cõiũctionis. ℄ Et quãdo in signo medij celi fuerit corpus infortune: similiter significat mortem regis. ℄ Et qñ dñs medij celi fuerit combustus aut in oppositione solis gradu per gradum: significat etiã mortem regis. Et si fuerit in oppositione: tamen transierit gradũ: significat ꝙ accidet ei grauitas. ℄ Et si in hoc fuerit dominus medij celi in signo cõi: significat ꝙ morientur in illa cõiũctione duo reges. ℄ Et si acciderit ꝙ in revolutione anni significator regis ingrediatur combustionem: significat ꝙ rex illius climatis moriet᷑: tamẽ si fuerit in pricipio intrãdi sub radijs: significat ꝙ accidet ei molestia ⁊ metus: ⁊ si cum hoc aspexerit eum fortuna: euadet inde. ℄ Et si transacta cõbustione fuerit in capite radiorum: accidẽt ei molestie ac dolores: ⁊ exibit de illis nisi fuerit ifortuna: qꝛ si fuerit infortuna: significat ꝙ prolongabitur res illa: ⁊ erit fortis ⁊ periculosa de natura ⁊ significatione signi in quo fuerit illa ifortuna de infirmitate aut morte vel de eo quod demonstrauerit. Et terminabit᷑ res a coniunctione significatoris cum infortuna. ℄ Similiter quando infortuna aspexerit significatorẽ regis de oppositione vel quarta aut coniũctione corporali: erit in periculo mortis. Et si hoc fuerit ab angulo: erit res quando significator ille cõburetur: aut quãdo illa ifortuna applicuerit ad locũ significatoris vel ad mediũ celi vel ascendens: nisi habuerit participationem fortune in aspectu: qꝛ si ita fuerit fortuna dãnum minuit infortune ẜm proprietatem ⁊ naturaz suãs ⁊ aspice ad planetam significatorem status regis: ⁊ considera status suos quolibet tempore ⁊ quolibet die: ⁊ iudica per eum statum regis de bono vel malo quolibet tempore atq3 die. ℄ Postmodum aspice quomodo recipit ille significator lumina: ⁊ ẜm hoc iudica res ⁊ accidẽtia que contingent a parte populi de bono vel malo. ℄ Considera etiam quomodo significator ille dat lumen suum: ⁊ secundum hoc iudicabis res que accident populo de bono vel malo. ℄ Et quando acciderit vt in principio revolutionis illius ãni mars fuerit retrogradus in tauro aut in scorpione: rex erit illo anno in periculo mortis: tamẽ si retrograd bitur in aliquo istorum signorum post principiũ anni: significat etiam periculum: sed prima significatio fortior est. ℄ Et quando acciderit ꝙ mercurius vel luna sit significator anni aut regis ⁊ fuerit aspectus ab aliqua ifortunarum: similiter est mala significatio regi quia non poterit se defendere ab aduersarijs suis. ℄ Et qñdo infortuna fuerit in ascendente aut cum domino medij celi significat etiam periculum regi: ⁊ ꝙ accident lites ⁊ discordie. Et similiter significat periculum ⁊ lites retrogradatio infortune que posse habuerit in damno anni. ℄ Et quando eclypsis fuerit in ariete vel leone: significat mortez regis. ℄ Et qñ sol fuerit in libra ⁊ caput cũ eo ⁊ luna eclypsabitur in ariete saturno existente in cancro: significat ꝙ rex interficietur ⁊ erit toxicatus ⁊ fiẽt ei proditiones: ⁊ hoc erit quãdo sol iũctus erit cũ saturno in capricorno in illo ãno. ℄ Dixit hermes. Quando domin⁹ medij celi ingredietur combustionem: significat mortem regis: maxime si applicuerit planete existẽti in octaua vel in quinta de oppositione vel quarta: qꝛ tunc significat maius periculum illo anno. ℄ Similiter significat si applicuerit dominis predictarum domorum existentibus in alijs locis: maxime si domini horum predictorum locorum fuerint infortune.

℄ Amphorismi

¶ Amphorismi similiter in vita regum.



Ignū cōiūctiōis maioris q̃ fuerit ante assumptionē vel leuationis illius legis aut regis est significatio accidētiū populi ⁊ illi⁹ regni ⁊ illa est radix que significat tēpus quātū durabit: ⁊ signū principiorum suorum cū signo illi⁹ ꝯiūctionis: signat accidētia que accidēt populo eodem anno de bono vel malo qm̄ qñ ꝯiūctio reuertet̄ ad signum qđ significauit pn̄ibi demōstrabit̄ signatio: qz qñ ꝯiūctio reuertet̄ ad scorpionē ⁊ applicatio anni fuerit ad scorpionē qđ est signū arabū accidet in arabia ⁊ gēte thebenie anxietates pro inimicis ⁊ accidēt in eis epydimie: mortalitates ⁊ interfectiones ac lites ⁊ miserie multis modis: nisi eorum significationes appodeate fuerint in angulis ⁊ in dignitatibus suis: qz euadēt ab istis occasionibus ⁊ infortunijs ⁊ appodeabūt se de suis inimicis ⁊ contrariatoribus: ⁊ cuȝ hoc toto penas aliquas patientur. ¶ Significatores arabum sunt isti venus est domina sue coniunctionis: ⁊ Mars est dominus signi in quo fuit coniūctio: ⁊ dominus ascendentis anni in quo fuit ꝯiunctio in scorpione. Et hoc modo facies in regibus aspiciēdo primā partem ⁊ dominum domus sue in anno in quo rex itronisatus fuit. ¶ Et scias ꝙ opera sciendi vitas regum est sicut opera sciendi vitam illorum qui cōponūt legem ⁊ operaberis ꝯ vno modo in his duabus rebus. ¶ Et scias statum gentis legis a figura anni in quo moritur ille compositor legis: qm̄ a reuolutione illius anni scies quantum durabit lex illa ⁊ cuiusmodi statum habebūt homines illius legis. ¶ Scias etiam cuiuslibet regis ⁊ statum illius qui post eum intronisatus fuerit ⁊ quantū viuet a reuolutiōe anni in quo morietur rex. Et per hāc regulā scies vitas ⁊ status regū vnius post aliū nec ponas in hoc numero reges violēter intronisatos: qz nō habēt ius regnādi. Et si fuerit rex nec sciueris qñ obijt ille pro quo iste habuit regnū vł quādo decessit cōpositor illius regis: ⁊ volueris scire durabilitatē ipsius regis cōsidera in suo regnatu ⁊ aspice ꝓpiorē cōiūctionē quorumuis planetarum que fuerit ante vel fuerit post horam qua regnauit: ⁊ aspice in quo signo est illa cōiūctio. Aspice similiter quod signum erit ascēdēs anni ⁊ cōputa a signo ascēdētis vsqꝫ ad signū cōiūctionis: ⁊ da cuilibet signo vnū annū. Et si ascēdēs fuerit domus saturni vel ei⁹ exaltatio: aut domus lune vel eius exaltatio: incipe numerū signorum a cōiūctiōe vsqꝫ ad ascēdēs: ⁊ da similiter cuilibet signo vnum ānū: ⁊ icipies ab illo āno ⁊ vbi numer⁹ finiuerit ibi erit termin⁹ ꝑditiōis illi⁹ regis nisi euaserit ꝑ alias signationes. ¶ Et si ascēdēs reuolutiōis in q̃ est ꝯiūctio quā diximus fuerit aliqđ signorum que sunt domus planetarum altiorum: signat ꝙ illo anno intronisabit̄ rex nouus sicut ante diximus. ¶ Et si ascēdēs āni fuerit domus Saturni vł exaltatio eius: vł dom⁹ Jouis vł exaltatio ei⁹: icipies numerum a signo cōiunctionis vsqꝫ ad signū ascēdētis: ⁊ dabis cuilibet signo vnū annū nisi saturn⁹ vel Jup. fuerit in aliquo angulorum vel per numerum vel ꝑ equationē: qz si talis fuerit tūc erit numerus a signo ascēdētis vsqꝫ ad signū cōiūctionis dādo sicut prediximus cuilibet signo vnū annū. Et si ascēdēs reuolutionis anni cōiūctionis fuerit de signis domorum planetarū inferiorum: aspice si cōiūctio fuerit in tertia domo aut nona: erit eius significatio sicut illa planetarum altiorum. ¶ Et quādo ascēdēs anni cōiūctionis fuerit in domibus planetarum altiorum: vel quādo cōiūctio fuerit in tertia aut nona: vel quando cōiūctio proprie acciderit in aquario: tunc erit appodeata ⁊ firma: ⁊ nō timeas in ea de causa regis in suo dāno in anno in quo finitur numerus quem diximus: qui accipitur a signo ascendentis vsqꝫ ad signū ꝯiūctionis vel a signo coniūctionis vsqꝫ ad signū ascēdētis. Et ego expertus fui hoc in ꝯiūctiōe tꝑis regis almore vaquxil: ⁊ nō obijt anno quo applicuit ille numerus coniunctionis.

¶ Capitulum. 17. in mutatione regum.



Onsidera quando sol intrat primum minutum arietis: ⁊ aspice ascēdēs illius hore ⁊ loca planetarum. Et si reuolutio fuerit nocturna aspice signationes regis a luna ⁊ a parte sublimatiōis: ⁊ a domino medij celi ⁊ quē istorum inueneris in angulo ille habebit ius vt sit significator regni regis. ¶ Postmodum si inueneris significatorem regis saluū ab isortunijs ⁊ dānis ⁊ saluū a dño fuerit dominus octaue ⁊ a dño sue septime: ⁊ a domino sue duodecime: ⁊ a domino sue sexte: ⁊ a domino sue quarte: iudica ꝙ rex euadet: ⁊ erit in illo anno saluus. Tñ si ille significator fuerit isortunatus ⁊ dānatus per aliquē ꝑdictorum: ⁊ aliqui dānatorum istorum fuerint domini quarte illius eiusdē anni: ⁊ dānator fuerit mars: signat ꝙ rex interficiet̄ illo anno ab inimicis suis vel eū reducēt in carcereȝ. Et si isortūa q̃ isortūauit eum fuerit dominus sexte: ⁊ fuerit Mars: morietur ꝑ infirmitates ⁊ malos dolores. ¶ Et quādo feceris reuolutionem anni ⁊ scire volueris significationes ꝙ rex morietur illo anno: ⁊ volueris scire ad queȝ reuertet̄ regnum post mortem illius. Aspice cui significator regis dat vim suam ⁊ posse: ⁊ iudica ꝙ in illum reuertetur regnum. Et si signum illius cui significator dat vim suaȝ fuerit de natura signi significatoris regis: ille qui regnabit erit de sua stirpe. ¶ Et si significator regis fuerit planeta habēs duo signa: considera quod eorum aspicit ⁊ fuerit sue forme: ⁊ illud erit signum suū. ¶ Et si significator dederit vim suam planete existēti in signo quod non assimiletur signo ipsius significatoris: nec habuerit aliquam conuenientiam cum eodeȝ: iudica ꝙ regnū illud permutabitur de illa stirpe in aliam: vel forsitan permutabitur ad aliam gētem. ¶ Et si dictus significator nulli dederit vim suā remanebit regnū in stirpe illius regis. ¶ Et si volueris scire quot reges de stirpe illius regis regnabunt: ⁊ quot annis durabit regnū in eis: aspice principium regni illius regis ⁊ apta domos ⁊ planetas ⁊ aspice partem regni: ⁊ si ipsa ⁊ eius domin⁹ ceciderint in angulo: iudica ꝙ regnum illud durabit in illa stirpe per partitionem maiorem que est. 960. anni solares. Et si ipsa ⁊ eius dominus fuerint in ascendente: durabit regnum in eis per partitionem mediocrem que est 240. anni solares. Et si ambo fuerint in cadentibus nec se aspexerint: durabit regnum in eis. 20. annis solaribus. ¶ Et quando scire volueris quot reges de stirpe illa regnabunt: aspice quantum est inter partem ⁊ eius dominū ⁊ secundum illud erit numerus regum qui regnabunt. ¶ Et qñ inueneris ꝙ illud regnū permutari debet de illa gēte in aliā: ⁊ volueris scire in qua gēte gentiū mūdi reuerti debeat illud regnū: aspice ad quem planetaȝ vadit pars regis: ⁊ iudica ꝙ regnū reuertet̄ ad genteȝ illius planete. ¶ Et si scire volueris si gens illa est obediēs deo: vel non cōsidera vbi pars regni cadit: ⁊ si inueneris eā in nona vel decima: iudica ꝙ obediūt deo ⁊ adorāt eū vere ac recte. Et si partē inueneris in octaua: iudica ꝙ dicūt se adorare deū nec hoc faciunt. ¶ Et si fuerint de illis qui nō adorant nec obediūt deo: ⁊ scire volueris cui obediūt: aspice predictaȝ partē: ⁊ si eam inueneris in aliqua domorum Veneris: dic ꝙ adorāt idolas argēteas: ⁊ si fuerit in domibus Jouis: dic ꝙ adorant idolas aureas. Et si fuerit i dōib⁹ Martis: dic ꝙ adorāt ad ignē. Et si fuerit in aliquo signorum Mercurij: dic ꝙ adorāt arbores. Et si fuerit in signo lune: dic ꝙ adorāt Arietem ⁊ obediūt vaccis. Et si fuerit in signo Solis: dic ꝙ obediunt idolis de ligno. ¶ Et si volueris scire de q̃ parte terre fuerint: aspice dominum partis regni predicti: ⁊ si eum inueneris in oriēte: iudica ꝙ erūt de parte oriētis: ⁊ si fuerit in occidente erunt de parte occidentis. Et si fuerit angulo terre: erunt gentes de finibus mundi: ⁊ de extraneis progeniebus. Et si fuerit in medio celi: erunt gentes

de vicinis eorum ⁊ vnius climatis cum eis. ¶ Et si volueris scire quid faciet gens illa de illa gēte que fuit in regno añ illos: aspice si dñs ptis regni aspexerit significatorē regis ꝑmi amico aspectu: ⁊ iudica ꝙ nullum malū ei faciēt ⁊ ꝙ ꝑmittēt eos in pace viuē cum ipsis: attamē si aspexerit aspectu inimicitie: iudica ꝙ interficiēt gēte illam: ⁊ maxime si Mars cum hoc fuerit in angulo. ¶ Et si volueris scire si timebunt in illo regno: vel nō: aspice si inueneris dominū partis regni ⁊ ipsam partē in aliqua domorū planetarū supiorū: iudica ꝙ timebunt: aliogn nō. ¶ Et si volueris scire si erunt in suo regnatu recti aut malefici: aspice si dñs partis regni fuerit planeta fortuna: iudica ꝙ erūt recti: ⁊ si infortuna: malefici. ¶ Et si volueris scire in q̄ parte erit villa radicis sui regnatus: aspice in quo loco est dominꝰ partis regni: ⁊ si eum inueneris in medio celi: iudica ꝙ illa villa erit in medio illius regni: ⁊ si ibi nō fuerit: erit remota v̄sus partē in qua fuerit. Et si fuerit in signo aq̄o: dic ꝙ erit in ripa maris. ¶ Et si volueris scire si populus habebit bonum a regnātibꝰ vel nō: aspice dominum partis ꝑdicte: ⁊ si inueneris separādo se a domino domꝰ substātie: dic ꝙ dabunt ⁊ fundēt multā substātiā. Et si applicuerit domino domꝰ substātie: iudica ꝙ rex ille ⁊ illi de societate sua diligēt congregare substantiā: ⁊ nullus ab hoc liberabit. Et si nullū aspectum habuerit cum domino domus substātie: rex ille de substātia non curabit. ¶ Et si fuerit aspiciēs nonam domum: dic ꝙ rex ille ibit multa itinera. ¶ Et si volueris scire si sup gētē illam alia gens veniet volēs ei gētē auferre vel non: aspice si inueneris partē regni in fine signi: dic ꝙ veniet sup eos gens alia q̄ volet eos extrahē de regno. Et si partē illam inueneris in principio signi: dic ꝙ ipsamet gens se inuicē interficiet. Et si eam inueneris in medio signi: dic ꝙ regnum durabit in eis. ¶ Et si volueris scire quis homo erit primus rex qui regnabit int̄ eos: aspice cuiusmodi statum habet dominꝰ ipsius partis cum ipsamet parte: ⁊ si fuerit in sua quarta: erit homo sapiēs: ⁊ si iunctꝰ ei erit iuuenis: ⁊ si in suo trino magnus dierum tamē non multum senex. Et si in suo opposito homo senex. ¶ Pars regni ⁊ regis accipit de die a Sole in Saturnū ⁊ nocte ecōtrario ⁊ proijcitur ab ascēdēte. ¶ Pars regni sicut dicunt sapientes alij: ⁊ ego in hoc concordo: ⁊ ꝑ eam operari dēmus ⁊ iudica ꝑdiximus iudicare accipitur a gradu ascēdētis anni coniūctiōis planetarum in gradummet coniūctionis ⁊ proijcitur ab ascēdēte. Et quādo fuerit in regnatu. i. sublimatione alicuius regis. Saturnꝰ in septima ab ascēdēte in reuolutiōe anni mūdi: significat ꝙ populus resistet eidē regi ⁊ litigabūt cum eo multis annis ſm numerū qui int̄ Saturnū fuerit ⁊ ascēdēs. Et si cū hoc fuerit Mars in aliqua domorum Saturni erunt pluuie diminute toto tēpore vite illius. ¶ Et dicit in libro exēplorum ꝙ quando Saturnꝰ habēs aliquod dominiū in anno fuerit cadēs ab angulo vel descēdēs ab auge sua: significat fames ⁊ diminutiōes grādes: paupertatē ⁊ siccitatem.

¶ Capitulum. 18. In regibus ⁊ vita eorum.

Dixit haomar filius alpharbā quando scire volueris vitam regis a reuolutione annorū mūdi: da ascēdēs reuolutiōis populo: ⁊ Solē regi ⁊ septimam domū inimicis populi: ⁊ quartā fini causarū populi: ⁊ nonam ab ascēdēte reuolutiōis anni da inimicis regis: qa est domus inimicorū regis: ⁊ pone domum substantie populi scd̄am ab ascēdēte: ⁊ sic facies in alijs domibꝰ: ⁊ pone domū substātie regis vndecimā ab ascendēte: qa est scd̄a a medio celi ⁊ eius dominꝰ ⁊ sol ⁊ dominꝰ solis sunt significatores regis. ¶ Postmodū inspice dominū octaue medij celi qd̄ est locus ascēdētis regis: ⁊ quē aspectū ⁊ quā applicationē hēt cū domino medij celi ⁊ cū Sole: ⁊ si aspectus aliquis nō fuerit int̄ eos nec applicatio aliq̄: aspice si aliquis planeta ꝯiūgit eorum lumina: vel si fuerit luminis trāslatio: vñ si trāslationem luminis inueneris inter eos aut collectionē: ⁊ inueneris planetā illū q facit translationē aspicientē signū medij celi: mortē significat illo anno: ⁊ si nō aspexerit ibi: mortē nō significat. ¶ Et adiuua te in hoc casu applicationibꝰ lune ad fortunas ⁊ infortunas: quia si fortunis applicuerit: significat saluationē: ⁊ si infortunis mortē ⁊ destructionē: nisi alie significationes liberent eū: ⁊ tūc accidet ei impedimētū ⁊ laborē: ⁊ euadet. Et hec significatio lune est quādo ipsa habuerit aliquā partē in signo medij celi ꝑ dignitatē domꝰ exaltatiōis: triplicitatis aut faciei.

¶ Capitulum. 19. in sciendo tempus mortis regis per reuolutionem anni mundi.

Hoc tēpꝰ terminabile ꝑ cōiunctionē significatoris regis cū dño octaue domꝰ a medio celi: aut cū Sole: vel ꝙ aspiciat eos de quarta vel oppositiōe: ⁊ ꝑ hoc ꝙ dominus octaue sit in hac cōiūctiōe vel in hac q̄rta seu opposito in signo in quo habeat aliquā dignitatem ⁊ sit potēs ⁊ nō sit retrogradus nec cōbustus: nec occidentalis a sole: nec in casu exaltationis sue. Et quādo hec constellatio fuerit isto modo tunc erit tempus mortis regis.

¶ Capitulum. 20. in sciendo quātū viuet rex per annum intronizationis sue.

Aspice q̄n̄do Sol igredit primū itroitū arietis: ⁊ si i illo āno aliqs rex itronizabit. Aspice Saturnū hora itroitꝰ Solis i Arietē: ⁊ si eū ineneris i domo sua vel i aliq̄ domoꝝ planetaꝝ superioꝝ: signat ꝙ regnator ille durabit vna ꝯiūctiōe cōpleta: ⁊ eo magis si Saturnus cū hoc fuerit i decima a Sole vl' i eiꝰ vndecima: qa si talis fuerit: nullū est dubiū qn duraret cōiunctione cōpleta: ⁊ si talis non fuerit minues de durabilitate ipsiꝰ scd̄z ꝙ minuit planeta de suo posse. ¶ Et scias ꝙ Saturnꝰ ē prima pars ⁊ Jupiter secūda: vnde si aspexerit primā secūdā addit i vita regis. quoniā si fuerit in appodeato loco addit numerū annoꝝ suorū minorū mēses: ⁊ idē faciet si fuerit in aliq̄ dignitatū suarū: ⁊ si fuerit i succedēti: addit q̄ntū ē medietas suorū annoꝝ minoꝝ. ¶ Et si partē primā ineneris i reuolutione anni mūdi i āno illo quo itronizatus fuit rex i aliq̄ domoꝝ planetaꝝ inferioꝝ: maxime si nō aspexerit Solē: ⁊ eo magis si fuerit in Virgine: tūc signt ꝙ durabit q̄ntū remāsit huic prime parti ad eundū de signo suo: dādo: cuilibet gradui annū vnum: ⁊ tāta erit vita illius intronizati. ¶ Et si terminus iste trāsierit: dirigas athazir a loco ptis prime ad locū prime ifortune quā inuenies. Et qn̄ reuolutio applicuerit ad illud signū in quo intronizatꝰ fuerit: tūc morit: ⁊ in hoc dabis cuilibet signo annū vnū. ¶ Hoc facies alio mō: accipe a domino domus partis vsq̄ ad ipsamet ptē ⁊ īspice q̄t signa sunt inter eos: dās cuilibet signo annum vnū: ⁊ iudica ꝙ tantū durabit ille intronizatus.

¶ Capitulum. 21. in sciendo causas ⁊ negocia regum.

Aspice regū negocia a sole ⁊ a medio celi ⁊ eorū dominis: ⁊ cui eoꝝ ineneris meliora testimonia ⁊ meliorē locū ac maiꝰ posse: illū ꝓ significatore accipias. Et fac ei athazir sicut fit athazir ascēdētis ꝑ gradus ascēsionū: ⁊ facias athazir ꝓpl'o de gradu ascēdētis: de loco lune: ⁊ gradu dñi āni. Et facies athazir mercurio i āni reuolutione pro sciēdo negocia scribāoꝝ ⁊ officialiū regis. Et facies athazir marti ꝓ sciēdo negocia alcaydoꝝ ⁊ dominoꝝ militū: ⁊ facies athazir saturno ꝓ sciēdo negocia thesaurariorū ⁊ eoꝝ qui tenēt hereditates ⁊ villas cāpestres ⁊ custodes suaꝝ domoꝝ maioꝝ i q̄libet ciuitate: ⁊ facies athazir veneri ꝓ sciēdo negocia mulieꝝ regis ⁊ vitia regis. ¶ Postmodū aspice statum eoꝝ vniuscuiusq̄: ⁊ quā applicatiōē habet ad fortunas ⁊ ifortunas de tertio vel sextili: de q̄rta vel

ta vel

ta vel oppositiõe vel coniunctione⁊ in illo tempore aspe/
ctus ipsius erit res illa quam significauit ſm naturam suā
⁊ ſm naturam domus ⁊ signi in quo fuerit. Et ſm hͦ signi
ficant infortune maluz ⁊ fortune bonū. ¶ Similiter aspe
ce qualiter fortune ⁊ infortune potentes sunt de dignitati
bus in istis locis ⁊ signis: ⁊ in quo istorum signorum fue/
rint fortune significat bonum gaudiuz: ⁊ lucrum i illis re
bus ⁊ in significationibus istius signi: ⁊ illud bonū erit si/
ne aliquo metu ⁊ pena: ⁊ significant signa in quibᵒ fuerint
infortune: malum dānū ⁊ penam ⁊ in domo qua fuerit dā
num ⁊ ipsa dānata fuerit in suis significationibus: erit dā
nū malum ⁊ pena: qꝛ si damnum fuerit in ascendente aut
in suo domino ⁊ fuerint infortunati: significat ꝙ dānū erit
in vita regis ⁊ in suo corpore: quoniaz infirmitates habe
bit ⁊ dolores ⁊ interfectiões: ⁊ forte interficietur ⁊ in fine
eius ꝙ habet regnare. ¶ Et si dānū ⁊ infortunium fuerit
in angulo terre: significat ꝙ habebit malum finē ⁊ dānuz
in fine causaꝝ ⁊ negocioꝝ suorū: ⁊ forte morietur hac oc/
casione. ¶ Et si dominus termini ascendentis fuerit dam
natus ⁊ infortunatus: significat ꝙ damnum cōtinget ei ꝓ
parte illorum de domo sua. ¶ Et si gradus solis dānatᵒ ⁊
infortunatus fuerit: significat ꝙ nō timebitur. ¶ Et si do/
minus signi solis damnatus fuerit: significat quod signifi
cauit illemet ascēdētis dominus. ¶ Et si dominus faciei
solis fuerit dānatus: significat ꝙ dānum ⁊ molestia ipsi ac
cidet a societate sue domus: ⁊ non timebitur: ⁊ vilipendet
eum in factis ⁊ mandatis suis ⁊ erit debilis nec extrahe/
re poterit redditus ⁊ iura sua. ¶ Tamē quādo pars for/
tune applicuerit fortunis: significat ꝙ rex erit iustᵒ ⁊ actor
boni ⁊ legalis. Et si applicuerit ifortunis: rex ille erit iniu
stus ⁊ res faciet sine ratione ⁊ lege. Et hec oīa facta scies
ab hac predicta parte ⁊ a luna. Et ab applicationibus lu
ne scies res ⁊ facta futura. Et a separationibus Lune scie
es res ⁊ facta preterita.

¶ Capitulū. 22. in considerando reuolutionē anni mūdi per
intronizationem intronizati.


Aspicies in reuolutione annoꝝ mūdi ꝑ intro/
nizationē intronizati ꝓmo a Saturno: q̄ ē pri
ma pars: ⁊ a Joue qui est ſa: ⁊ quot gradus ⁊
quot minuta fuerint īter eos: ⁊ nota hoc mō.
Postmodū cōsidera in quo signo est dn̄s me/
dij celi ⁊ reducas eos gradus ad ascēsiones illius signi in
quo fuerit: ⁊ ꝙ inde exiuerit erit qd̄ durat: āni vel menses
aut dies: ⁊ si fuerit in domibus vel exaltationibᵒ suis: erūt
anni. Et si fuerint peregrini in succedētibus: erūt menses et
alioquin erunt dies. ¶ Similiter quādo Sol applicuerit
Marti ⁊ Mars fuerit cursu vacuus nō applicās Satur
no: significat ꝙ milites mouebunt̄ cōtra illū intronizatū
⁊ venient super eum eiecti: ⁊ propter hoc accident ei tristi
tie ⁊ anxietates: ⁊ forte capiēt eum: tamē si cū hoc Mars
applicuerit Saturno ipsoruz nature coniunguntur ⁊ nul
lus mouebitur contra eum. ¶ Et si Sol applicuerit Joui
⁊ Juppiter fuerit vacui cursus non applicans Saturno:
mouebuntur contra regem: ⁊ ibunt super eū homines po
pulares cum magna ratione: ⁊ accident regi: ob hoc tristi
tie: anxietates ⁊ pene. Tamen si Juppiter fuerit applicās
Saturno: iunguntur eorū nature: ⁊ datur sibi natura obe/
dientie ꝑ nām applicatōis nec ꝯ eū mouebit̄ nec veniet su
per eū aliqs de populo nec de aliis ꝑte: ⁊ si aliqs veniet vel
mouebit̄ ꝯ regē vincet rex ⁊ destruet illū. Tn̄ si Sol nō ap
licuerit nec Marti nec ioui applicatione aliq̄ ⁊ applicue/
rit saturno: sigt̄ ꝙ ille intronizatᵒ erit ab oī tristitia saluus
⁊ oī occasione: ⁊ vincet oēs cōturbatores eiᵒ ⁊ erit appo/
deatus ⁊ timebit̄: ⁊ eo fortiᵒ si fuerit cū hoc Saturnᵒ ī sua
domo ⁊ limpidᵒ. ¶ Et si sol separauerit se a ioue ⁊ appli/
cuerit Marti: ⁊ post sepationem eiᵒ a Marte applicuerit
Saturno antequā exeat illud signū in quo est: sigt̄ ꝙ aliqs
hō de nā regis eleuabit̄ ꝯ eū: vel aliquis hō qui est q̄si par
ei vel par: ⁊ ob hoc accidēt ei tristitie ac pene: tn̄ vincet eū
rex ⁊ appodeabit se de eo: maxie si saturnᵒ fuerit cū hoc in
aliq̄ domo sua ⁊ limpidᵒ. Tn̄ si sol nō applicuerit ad Sa/
turnū anq̄z exeat illud signū in quo fuerit: hēbit ille intro/
nizatus ob hoc anxietates magnas ⁊ forte ꝑdet regnum
suū vel ꝓ modico remanebit. Tn̄ si mars separauerit se a
Joue ⁊ applicuerit saturno: sigt̄ ꝙ hō cū magno iure ꝯ eū
insurget. Et si cū hoc applicuerit iuppiter Saturno: obe/
dient illi eiecti regi ⁊ appodeabit se de eis. Et si Mars se
paratus fuerit a saturno ⁊ applicuerit Joui sigt̄ ꝙ rex ille
faciet aliquā molestiā alicui alto viro in tm̄ ꝙ fiet ei rebel
lis. ¶ Et si cū hoc iuppiter applicuerit Saturno obediēt
illi eiecti regi ⁊ appodeabit se de ipsis: ⁊ maxime si cum
hoc fuerit Saturnus in aliqua domorum suaꝝ ⁊ limpidᵒ
a dānis. Tamē si cū hoc Juppiter fuerit vacui cursus ⁊ in
suomet lumine: sigt̄ ꝙ illemet intronizatᵒ appodeabit se:
⁊ fortificabit̄ eiᵒ cā: ⁊ faciet qd̄ voluerit. ¶ Et scias ꝙ qd̄
⁊ iudiciū in hoc est saturni ⁊ iouis: q̄si ꝓmᵒ eoꝝ fuerit i do
mo sua in medio celi: aut in vndecima vel in ascēdēte aut
in aliquo angulorum aspice si aliᵒ aspicit eum vl̄ si ē ante
ipm: vel considera quid ē inter eos: ⁊ ille numerᵒ erit anni
vel mēses: ⁊ nō aspicies in hoc quātū trāsiuerit de sig̃ nec
quantū remansit. ¶ Et si inueneris Saturnū in fine signi
gradus ille qui remāsit ad exeūdū de signo cōputabit̄ pro
vno āno: ⁊ ſm hoc dabis Saturno ſz locū eius ⁊ posse in
figura: ⁊ ſz ꝙ fuerit inter ipsuz ⁊ Jouē. ¶ Et dixit vuelliᵒ
si volueris scire quāto tpe durabit intronizatus qui fuerit
intronizatus: cōsidera quātū est inter Solez ⁊ gradū ascē
dentis: ⁊ ſm illū numeꝝ durabit in regno suo de ānis mēsi
bus ⁊ diebus. ¶ Et sil'r scies a parte regni: ⁊ est de ea q̄ ac
cipit̄ a gradu Jouis vsq̄z ad gradū medij celi ⁊ ꝓiicit̄ a
gradu ascēdētis: ⁊ vbi finit̄ numerus ibi ē pars illa: ⁊ vnde
cōsidera in cuiᵒ termino cadit ipsa ⁊ aspice dn̄m ipsiᵒ ter/
mini in quo loco est: ⁊ si eū inueneris in domo vel exalta/
tione sua: dic ꝙ ille intronizatus durabit quātū sunt anni
minores illiᵒ planete ānos cōpletos. ¶ Et si planeta ille
fuerit sub radijs vel infortunatus: aut in domibus vel ter
minis infortunaꝝ aut retrogradus ſz numeꝝ ānoꝝ suorū
minoꝝ dabis dies vel mēses. ¶ Et sil'r cōsidera dn̄m do/
mus ⁊ dn̄m faciei: ⁊ si fuerit directi motus: ⁊ aspexerit illā
domū ⁊ terminū in qbus fuerit pars regni: iudica ꝙ rex
ille viuet quātū diximus. ¶ Et si volueris scire q̄n regna/
uit ⁊ q̄ztū est ꝙ regnauit: aspice ab angulo medij celi vsq̄z
ad dn̄m anguli terre ⁊ videas quot gradus sunt inter eos
ſm numeruz illoꝝ graduū durauit ānos ⁊ dies vel mēses.
¶ Et si questio fuerit quātū regnabit ⁊ vsq̄z ad quod tps
hoc erit ſm illūmet numeꝝ. ¶ Quādo Mars fuerit a. 10.
gradibus Tauri vsq̄z ad. 10. gradus Leonis est oriētalis:
⁊ a. 10. gradibus Leonis vsq̄z ad. 10. gradus Scorpionis
meridionalis: ⁊ a. 10. gradibᵒ Scorpionis vsq̄z ad. 10. gra
dus Aquarij occidētalis: ⁊ a. 10. gradibus Aquarij vsq̄z
ad. 10. gradus Tauri est septētrionalis: vnde aspice mar/
tem in qua parte harū fuerit: ⁊ iudica ꝙ gens ⁊ dn̄s illius
partis vincēt ⁊ obtinebūt in litibus q̄ fient ⁊ accident illo
tpe. Et hoc iudiciū est de dictis hermetis: ⁊ cū eo cōcordat
alkindus ⁊ alij sapientes. ¶ Dicunt etiā ꝙ significator li/
tiū oriētis est saturnus: ⁊ illaꝝ occidentis est mars. ¶ Vn
de q̄n lites vel interfectiones accident ⁊ saturnus orienta
lis vincent gentes orientis. Et si mars fuerit oriētalis vin
cent gentes occidentis: ⁊ si mars fuerit occidentalis vin/
cent illi qui fuerint in plaga orientali.


¶ Capitulū. 23. in sciēdo iudicia plane
taꝝ q̄n venus eleuatus est supra alium.
Hoc acceptum est de libro accidentium qui
dicit sic: quādo planete eleuantur vnus su/
per aliū: res diuersas hoc modo significat.

ℭ De Venere.



Uādo venus fuerit eleuata supra mercuriū: accidet ꝙ vnus triūphabit de altero. Et quādo eleuat supra lunā: habebūt hoīes hylaritates ⁊ gaudia. Et qn̄do eleuabit supra Martē ipregnabunt mulieres: ⁊ accidet hoībꝰ dānuȝ in stomachis per super fluitatē comestionis. Et quando eleuabitur supra solē: expendent hoīes multū. Et quādo eleuabitur supra caudā nihil boni significat. Et quando eleuabit supra saturnū accidēt hoībꝰ dolores ⁊ cause.

ℭ De Joue.



Uādo Juppiter eleuat supra lunā augebuntur nobiles hoīes ⁊ crescēt in bono ⁊ honore. Et quando eleuat supra mercuriū: augebunt officiales regis ⁊ habebūt honorē: vtilitatē: lucrū ⁊ laudē. Et qn̄do eleuabit supra venerē: meliorabūt negocia mulieꝝ ⁊ puellaꝝ ⁊ bonū habebunt. Et quādo eleuabit supra martē accidēt hoībus molestie ⁊ dolores. Et qn̄do eleuabit supra saturnū: significat tristitias dolores ⁊ planctus. Et quādo eleuat supra caput: oē bonū ⁊ melioramētū significat. Et quādo eleuabit supra caudā: depopulationes ac diruptiones edificiorū significat. Et quādo eleuatur supra stellā caudatam: significat ꝙ homines nobiles ⁊ preciati interficientur.

ℭ De marte.



Uādo mars eleuat supra mercuriū interfectiões lites ⁊ fortes rixas significat. Et quādo eleuat supra lunā terremotꝰ fortes significat. Et quādo eleuat supra Jouē: significat ꝙ nobiles homines itromittēt se ad tenendū arma ⁊ interficiet vnus alteꝝ. Et quādo eleuat supra saturnū non significat multū mali. Et quādo eleuat supra caput: significat ꝙ nobiles hoīes habebūt magnā famā. Et quādo eleuat supra caudā: significat ꝙ hominibꝰ accidēt magne cōbustiōes in plātis ⁊ i oī vegetabili. Et quādo eleuat supra stellā caudatā: accidēt interfectiōes multe in hoībꝰ: ⁊ arma detegent ⁊ fortiꝰ intromittēt se ō eis.

ℭ De Sole.



Et quādo Sol eleuatur super planetas: i oībus significat multuȝ mali ⁊ damni excepto in Mercurio appodeato.

ℭ De Luna.



Uando luna eleuatur supra mercuriū: significat ꝙ hoīes erunt sensati: ⁊ eligēt bona consilia: ⁊ facient bonos sensus. ℭ Et quādo eleuat supra venerē: significat ꝙ nobiles ⁊ diuites mulieres ascendent inp̄cio ⁊ honore. Et quādo eleuat supra Jouē: significat ꝙ ascēdēt reges ⁊ diuites in valitudine ⁊ honore. Et quādo eleuat supra martē: significat ꝙ cōburet domus vel edificia: aut erunt terre motus: vel significat sanguinū effusionē. Et quādo eleuat supra saturnū malū significat: ⁊ ꝙ hoīes habebūt malas voluntates vnus alteri. Et quādo eleuat supra caput: i riuis ⁊ fōtibꝰ dānū sigt. Et quādo eleuat supra caudaȝ: mortalitatē ⁊ destructionē in bestijs significat. Et quādo eleuatur supra stellā caudatā: significat dānū i substātijs. Quando accidit sub radijs solis significat omne dānuȝ.

ℭ De Mercurio.



Uādo mercuriꝰ eleuat supra lunā significat gaudia: ⁊ ꝙ hoīes facient miraculosa facta. Qn̄ eleuat supra venerē significat ꝙ hoīes itromittēt se de ope nigromātie ⁊ ioculationū. Et quādo eleuat supra iouē significat ꝙ augmētabūt reges ⁊ nobiles i valitudie ⁊ honore. Quādo eleuat supra martē: sigt ꝙ accidēt metus hominibus. Quando eleuatur supra saturnum faciēt homines decceptiōes falsitates ⁊ proditiones vnus alteri. Quādo eleuat sup̄ caput: sigt ꝙ erūt multi latrōes manifesti. Qn̄ eleuat sup̄ caudā: sigt ꝙ hoīes deridebūt se. s. vnꝰ alteꝝ. Qn̄ eleuat supra stellam caudatam: sigt ꝙ iterficient hoīes diuites qui sunt dn̄i militū ⁊ eoꝝ milites meliores.

ℭ De capite draconis.



Uādo caput draconis eleuat supra solē: sigt dānū. Qn̄ eleuat supra venerem: sigt bonū ⁊ melioramētū in negocijs mulieꝝ ac puellaꝝ ⁊ gaudia ac letitias. Qn̄ eleuat supra mercuriū: sigt ꝙ itromittēt se hoīes defundādo villas ⁊ castra ⁊ domos regales. Qn̄ eleuat supra lunā: sigt dānū i substātijs. Qn̄ eleuat supra saturnū: sigt ꝙ mouebunt lites: ⁊ intromittēt se homines arma tenere. ℭ Qn̄ eleuat sup̄ stellam caudatam: sigt ꝙ cadet multum tempestas.

ℭ De cauda draconis.



Uādo cauda draconis eleuat supra solē sigt multū malū ⁊ tritici caristiā. Qn̄ eleuatur supra venerē: sigt dānū i mulieribꝰ maxime in puellis. Qn̄ eleuat supra mercuriū: sigt damnū in sapientibꝰ ⁊ sensatis. Qn̄ eleuat supra lunam sigt destructionē diuitum ⁊ amissionem substantie sue. Qn̄ eleuat supra saturnū: significat destructionem senum ⁊ hominum miserorum. Qn̄ eleuatur supra Jouem significat longam vitam ⁊ gaudia. Quando eleuatur sup̄ martē: significat tristitias. ℭ Qn̄ eleuat supra stellā caudatam: sigt damnum in negocijs mulieꝝ.

ℭ De stella caudata.



Uādo stella caudata eleuat supra venerem: sigt diminutionē ⁊ siccitateȝ in aqa. Qn̄ eleuat supra mercuriū: sigt dānuȝ ⁊ destructionē in iuuenibus. Qn̄ eleuat supra lunaȝ: sigt dānū ⁊ dstructionē i substātijs oībꝰ. Qn̄ eleuat supra saturnū: sigt infirmitates magnas ⁊ fortes. Qn̄ eleuat supra Jouē: sigt ꝙ interficientur homines nobiles altos ⁊ laudatos. Quando eleuat supra martem: significat ꝙ homines se intromittent arma tenere: ⁊ accident in eis interfectiones ⁊ lites fortes. Quando eleuatur supra caput interficient nobiles ⁊ p̄ciati hoīes. Quando eleuatur supra caudā accidet amissio ⁊ destructio in fructibꝰ arboruȝ. Qn̄ eleuat supra mercuriū: sigt ꝙ rixabunt inuicē homines ⁊ inter se facient proditiones.

De saturno.



Uando saturnꝰ eleuat supra lunā: sigt ꝙ accidēt turpes mortes. Qn̄ eleuat supra iouē sigt ꝙ interficiētur nobiles ⁊ alti hoīes. Qn̄ eleuat supra martē sigt bonū ⁊ melioramentū. Qn̄ eleuat sup̄ caput: sigt nobilibꝰ bonū gaudiū ⁊ leticiā. Qn̄ eleuat supra caudā: sigt bonū pauperibus ⁊ gēti minute. Qn̄ eleuat supra stellā caudatā detegetur in hoībꝰ maxia paupertas ⁊ multa fames ⁊ anxietates ⁊ miserie multe. Qn̄ eleuat supra venerē: sigt ꝙ hoīes se ō magisterijs ⁊ picturis intromittēt ⁊ gaudebūt rebꝰ istis.

ℭ Hec iudicia q̄ prediximus iudicātur a planetis quādo vnus super alteꝝ eleuat vl' quando vnus super alterum eleuatur vel quando vnus alteri iungitur: ⁊ quādo radij vnius cadunt supra alterum.

ℭ Capi. 24. in cōiūctionibꝰ planetaꝝ.



Uando iūgit venꝰ cū marte i anni reuolutione accidet i rōanis grādis occasio. Qn̄ mercuriꝰ iūgit cū venē accidēt idigētie. Qn̄ iūgitur venꝰ cū ioue: sigt magnā caristiā panis ⁊ oium victualiū. Qn̄ iūgit mercuriꝰ cū saturno: sigt exēpli defectꝰ. Qn̄ iungit mars cū ioue: sigt mortē regis p epydimiā: ⁊ multas locustas sigt. Qn̄ mercurius iungitur cū marte non facit maluȝ aliqđ marti. Qn̄ iuppiter iungit cum saturno: sigt mortē regis alti ⁊ potētis ⁊ multas locustas. Qn̄ mercuriꝰ iūgitur cuȝ ioue: significat i hoībꝰ epydimiā ⁊ mortalitates ⁊ erūt multe locuste.

¶ Qñ luna eclypsat saturnū ⁊ coopit cū morietur rex altus magni honoris in terra occñtis. ¶ Qñ luna iungit cū venere aut cū ioue ⁊ ven⁹ hūerit radios ⁊ occiderit añ lunā accidet in hoib⁹ bonū: abūdātia ⁊ melioramētū. Et si lūa occiderit añ venerē ⁊ ipsa tūc nō hūerit radios: mortē regis in terra orientis sigt interficiēdo eū vel dādo ei penas: ¶ Et qñ hec coniunctio quam diximus fuerit cū ioue: erit interfectio ⁊ sigñatio in terra occidētis. ¶ Quando iungitur Mars cū ioue in vno signo: erit i ex in periculo donec transiuerit. 75. diebus cum suis noctibus. ¶ Quando Uenus iungitur cum saturno: accident metus: ⁊ robarie in terra orientis. ¶ Quando mars fuerit in capitibus mansionis que nominatur algarf aut i eius medio: significat ꝙ reges interficiente se in parte terre vbi fuerit mars. ¶ Et si Saturnus habuerit hanc constellationē quam ꝑ diximus: significat magnam caristiam ⁊ misias multas. ¶ Qñ mars fuerit in medio algebbe vel in açebone: sigt misias: caristias ⁊ anxietates. ¶ Et quādo mars fuerit i medio addauēnam: mortalitatem significat.

¶ Capitm. 25. in sigñtionib⁹ applicationis planetaꝝ vni⁹ ad alteꝝ: ⁊ primo significationes Jouis ad saturnum.



Uādo iup. applicuerit ad saturnū de 3° vel sextili: sigt ꝙ illi q leges ꝑdicāt ⁊ ꝓpheriçant ⁊ q deputati sunt ad secreta regū honorabūt se. ¶ Et si aspect⁹ ille fuerit de quarta ⁊ fuerit a suo q̄rto sigt ꝙ apparebūt rebelles q aduersabunt regi: ⁊ q q̄rēt regnū: ⁊ significat mutationes ⁊ res multas i negocijs regis: ⁊ silr in lege. Et si hec quarta fuerit a signo decimo: significat ꝙ accidēt mlte rixe placita discordie ⁊ lites inter reges ⁊ alcaydos vni ꝯtra alteꝝ. ¶ Et si aspectus ille fuerit de opposito significat ꝙ erunt multe rixe ⁊ placita inter hoies ⁊ gētes: vnus contra alterum: ⁊ inter alios hoies qui sunt inferioris gradus q̄ reges: ⁊ significat nubes multas.

¶ Significatiōes martis cū saturno ⁊ coꝝ applicationes.



Uando mars iunct⁹ fuerit cū saturno: faciet vn⁹ alteri fraudes ⁊ deceptiōes: ⁊ accidēt in hoib⁹ ꝑcussiōes ⁊ vulnera: maxie si fuerit in signo hūano: ⁊ accidet regi ipedimētū ⁊ labor ꝑ hoiem q erit de terra q̄ est de ꝑtitiōe illius signi in quo iungunt. ¶ Et qñ mars applicat Saturno de 3° vel sextili: sigt laborē ⁊ dānū in causis hoiū ⁊ dānū in redditib⁹ regū ⁊ suis factis: ac discordias ⁊ labores qui accidēt in hominib⁹ ratione legis. ¶ Et si hic aspect⁹ fuerit de quarta ⁊ fuerit ab eius quarto: significat ꝙ erūt multa furta: latrones ⁊ robatores omnes manifesti. Et si hec quarta fuerit a signo decimo accidēt populo anxietates ⁊ mala ex parte regū ⁊ ipsi non erunt eis obedientes. ¶ Et si applicatio ista fuerit de oppositione: significat ꝙ homines seinuicē discordabūt ⁊ hebūt se odio ⁊ cessabit ac retrahet se vnus ab altero.

¶ Significationes coniunctionis solis cū Saturno ⁊ eorum applicationes.



Uādo sol iūgit cū saturno: sigt ꝙ mēdacia ⁊ deceptiones remouebunt ab hoib⁹. ¶ Et si applicuerit ei de 3° vel sextili: sigt ꝙ rex erit paup: ⁊ ꝙ sibi erit necesse vt se iuuet d̄ populo. ¶ Et si hec applicatio fuerit d̄ q̄rta ⁊ fuerit a sua q̄rta domo: sigt ꝙ reges in suis reb⁹ se coopiēt: ⁊ faciēt res ⁊ facta sua i magno secreto. Et si fuerit a sua 10° sigt ꝙ accidēt regibus anxietates: labores ⁊ met⁹ magni ex parte sui populi: ⁊ ꝙ multos de populo incarcerabūt. ¶ Et si hic aspect⁹ fuerit de opposito: significat ꝙ reges contrariabunt homines de populo: religiosos ⁊ fratres: eos qui legem ꝑdicant ⁊ his similes.

¶ Significationes coniunctionis veneris cū saturno ⁊ eorum applicationes.



